BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
3 A
3

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

IV
18
A


GISBERTI CUPERI
OBSERVATIONUM
LIBRI TRES.
nummis elegantiſſimis illuſtratis,
TRAJECTI ad RHENUM
Ex OFFICINA ELZEVIRIANA. *1670.*

BIBLIOTECA NAZ.

GISBERTI CUPERI

OBSERVATIONUM

LIBRI TRES.

IN QUIBUS

Multi Auctorum loci, quæ explicantur, quæ emendantur, Varii ritus eruuntur, & nummi elegantiſſimi illuſtrantur.

Bibliothecæ Secr. Coll. Rom. Soc. Jesu

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ULTRAJECTI,

Apud PETRUM ELZEVIER,

CIƆ IƆC LXX.

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS

CONSULIBUS REIPUBLICÆ DAVENTRIENSIS,

OMNIS RECTI

ARBITRIS,

JUSTI ET HONESTI

CULTORIBUS,

LITTERARUM

ET

ERUDITIONIS

PATRONIS,

PATRIÆ PATRIBUS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

JOHANNI STICKEN, J. U. D.
JOHANNI à SCHRIECK, J.U.D.
HENRICO NILANT, J. U. D.
JOHANNI à DUREN.
RUDOLPHO STEENBERGEN.
HENRICO MARIENBURGH,
GUIELMO NILANT, J. U. D.
JOHANNI à SUCHTELEN.
CORNELIO VOS, J.U.L.
ANDREÆ NILANT.

ANTONIO MENNINCK.
HENRICO TER BORCH.
GOSVINO HOGERS, J.U.D.
GERHARDO JORDENS.
ARNOLDO ROUSE, J. U. D.
HERBERTO ARENTZEN.

UT ET

IIS QUI HIS AB ACTIS

SUNT

SUMMA FIDE CONSPICUIS.

JOHANNI ROUSE.
NICOLAO FOCKINCK, J.U.D.
JOHANNI STROCKEL, J.U.D.
RUTGERO TICHLER, J.U.L.

S. P. D.

GISBERTUS CUPERUS.

EGo dum antiqua totâ mente repeto, litteris & memoriæ invenio mandatum, latam aliquando legem horrendi carminis, ut Prætor animadverteret, curaretque ut ei è Rep. fideque ſua videretur, ut Romæ Philoſophi & Rhetores ne eſſent, imo & SCto.

Cen-

Cenſorioque edicto Rhetoricæ ac præceptis Oratoriis adoleſcentes attendere vetitos, Grammaticamque nullo olim in uſu, nedum honore fuiſſe. Hæc quondam urbis non vanis auſpiciis creditæ æternæ facies. Interdicebat Princeps populus juvenibus ſtudiorum commercio, non ſecus ac ſervis ſuis vetabant Domini quicquam rei cum alienis hominibus eſſe, eruditionemque fraudi moribus èſſe credebat, & pectora noxiis atque damnoſis imbui doctrinis. Verum danda hujus rei venia Romano, qui inter ferrum & arma natus ad ſubita belli excubat, dum vel maleſida pax, vel induciæ dubiæ, anniverſariive hoſtes eum diſtrictum & anxium tenent, interdumque non minus in ſua quam in externa viſcera armari cogitur. Patricius ſcilicet opprimit plebem, plebs ſecedit, & ſacroſanctos ſibi magiſtratus creat; Patricius auſpicia ſua dicit, plebs communicata vult, queriturque conſulatum, regiam poteſtatem, Ampliſſimo ordini, ſibi ſolam

obediendi gloriam relictam; denique ſi foris hoſtis non erat, domi naſcebatur. Turbæ igitur & tumores rerum arcebant Muſas, quæ nequaquam inter arma genitæ, ſed in ſeceſſibus eductæ, nemora & lucos, id eſt, ſolitudinem amant, clangores tubarum, gladiorum ſtrepitus, armataque horrent imperia. Sed tulerunt Romani pretium hujus rei, & merces hujus ſeveritatis fuit ignorantia. Nam quam rudis & jejuna in populo bellis præliiſque aſſueto fuerit facundia, teſtatur horrida Menenii oratio, teſtantur carmina Martii vatis, & ipſa fontis omnis divini atque humani juris fragmenta. Sed ut ſingula mutationis lege nata ſunt, nec quicquam ſibi finxit natura ſtabile & duraturum, utque dies noctem revoluto axe ſequitur, ita & Romæ poſt tantas tenebras lux totum illuſtratura orbem orta eſt. Attribuenda hæc félicitas tempori, quod bellum Punicum ſecundum & tertium diſcernit, nec fraudandus ſuo honore Crates Mallotes Regis Attali legatus, qui Romanis exemplo ad imitan-

tandum fuit. Incenſa fax non facile exſtincta, ſed unuſquiſque, prout ingenium ei Natura dederat, fomenta ſubjicit, & unicum certamen eſt ne diu lateat quod ſeculis eſt profuturum. Errore enim depulſo, & ſupina ſuperata ignorantia, non figebantur verba minacia, nec Prætor in litteras velut in reos lege armabatur. Communis applauſus, totius civitatis fauſta omina, præmia erant exhauſti laboris, dum prærogativam optimatium favor etiam populi ſequitur. Scilicet non tam plebs, quam ampliſſimis honoribus perfuncti ſuam hanc gloriam volebant: fulmen illud belli, & æmulæ Carthaginis metus Scipio Africanus cum Terentio in jocos & ſeria erat artifex; hic labor, hæc cura, hæ deliciæ, ubi publicarum rerum eum ceperat faſtidium vel ſatias: Muſæ ipſius quies, animuſque iis operatus, & à moleſtiis & ab ægritudine liber erat. Lapſu tandem temporis Litteræ & Facundia Romam veluti templum habuerunt, moderatrixque vitæ Eruditio nata quidem &

 alta

alta Athenis, Romæ vero exculta eſt; ut jure gloriatus ſit Cicero, Latinos omnia inveniſſe melius quam Græcos, aut ab illis accepta feciſſe meliora. Utque tunc erat ſuperſtitio, qua omne utile Divinum quid putabunt, Eruditionem etiam Deam fecerunt; hinc ſacratus Hercules Muſageta, Apollo ſermonum Deus, & Camœnæ ſuum ſibi lucum, ſuam ſibi ædem habuerunt. Commoditates ubi apparent, cœlo artem locare cupiunt, quam afflixerant, probantque uno ore illud diſertiſſimi Conſulis CEDANT ARMA TOGÆ: hæcque erat illa ſapientia pacis, qua non minus quam virtute belli Romam caput extuliſſe veriſſime olim judicavit bonæ mentis capax fœmina Sulpicia. Et ita quidem initio ſuis litteris Romani inſtituti ſunt, donec prolatis imperii terminis Græcarum amor eos invaſit; his, non ſecus ac ante Etruſcis, ſi vera fama eſt, erudiebantur, illis operam aſſiduam dabant, & ante peregrina quam ſua lingua declamare in more erat poſitum: hanc viam non

non ignoravit Petronius, dum hos verſus velut ex tripode recitat.

—— det primos verſibus annos
Mœoniumque bibat felici pectore fontem,
Mox & Socratico plenus grege, mutet habenas
Liber, & ingentis quatiat Demoſthenis arma
Hinc Romana manus circumfluat —

Sed ubi jam corroborata mens, & ſatis firma, cui tuto graviora credas, alium protinus ſcopum plurima pars habebat, nihilque ſe egiſſe volebat videri, niſi præter orationis pondera etiam judicium (meliorem illam partem noſtri) acueret. Erant Romæ magiſtri pudoris & modeſtiæ, magiſtri morum, quos proprio vocabulo Cenſores vocabant: hos imitabantur optimo publico eruditi, qui Romanæ & Græcæ linguæ caſtimoniam contra peregrinitatem ſi aſſerent, obſcura adnotarent, dubia explicarent, ponerentque ſigna novis præceptis facturos ſe operæ pretium arbitrabantur. Hoc ſtudiorum genus tam elegans & cultum viſum ut Eruditionem

vocarent, deque jure vocis in gratiam partis optimæ deciderent. Ritus quippe, mores, leges, divina, humana, privataque variarum gentium edocet, & quod maximum eſt judices ſui cupidos facit Poëmatum, orationum, hiſtoriarum, librorum omnium, quos nunc vel Criticos vel Grammaticos vel Litteratos vocamus. Hac eruditione ſibi placet Cicero, dum Lucretium emendat, hac ſe extollit Cæſar, dum de Analogia ſcribit, & hanc ſibi vindicat Auguſtus, dum condit Sophocleo digna cothurno carmina. Nam olim unicam ſe tollendi humo viam, & præcipuam animum imbuendi doctrinâ rationêm lectionem veterum exiſtimabant. In hiſtoriis quidem intuebantur omnium exemplorum monumenta in inluſtri poſita, ex Critica vero, eâque exercenda verecunde loqui, apte ſcribere, & de omnibus clarorum hominum depoſitis judicare, aliamque Orationem eſſe plane Romanam, aliam civitate donatam diſcebant. Fixum enim erat omnium animis, neminem pura oratione uti ſine critica, nec hanc ſine

cogni-

cognitione vetuſtiſſimorum parari, quam unicam & veram viam ad capiendos hoc ex agro fructus, reliquos modos calamitates & rubigines non credebant ſolum ſed gloriabantur. Hoc totius Chriſtiani orbis malo ſcivit Julianus, quoad omnia laudandus, ſi maluiſſet

—— laudare Deum, cui ſordida monſtra
Prætulit & liquidam temeravit crimine vocem,

ut olim de Symmacho canebat Prudentius. Cum enim domi eſſet doctus Veteres ad omnem eruditionem pandere viam, & facilem reddere in ſacrum Muſarum montem aditum, edicto vetuit filios Chriſtianorum Poëtis vel Hiſtoricis attendere. Nec tantum ſæviſſimorum imperatorum perſecutiones, aut cruenta mandata afflixerunt res pias, quam hoc Juliani juſſum. Adeo diſcrepabant à noſtræ ætatis hominibus, qui recentes ad calculos vocant, & in noviſſima plebe quærunt quod diligant, leviſſimiſque ingeniis (graviori verbo non utar) anteſignanis per tot ſæculorum curricula reverentiâ tutos auctores,

de

de gradu dejicere conantur, genuſque eruditionis putant eos odiſſe, atque de laude clariſſimorum ingeniorum apud imperitum vulgus delibare. Mala mens, malus animus: & ſe laureolam meruiſſe contendunt, dum brevem ſententiam ſive Græcam ſive Latinam clamore ſummo, cum labore maxumo eructant, atque tam vili ſe doctrinæ choragio jactant & venditant. Quam quidem cauſam reor, ut ſe putent in alium terrarum orbem delatos, quando eruditis adſunt, & de optimo genere dicendi, de Antiquitatibus, emendationibus deque utriuſque ſermonis genio ſermones ceduntur. Hinc illæ lachrymæ, & dum vel ſtilo epiſtola condenda eſt, in vanum pulpita percutiunt, & rodunt ungues nequicquam profuturos. Hocque iis tribuendum eſt, qui Ciceronem alioſque optimos nil niſi phraſes loqui docuerunt, eaſque excerpendo, edendo, & diſcendo compendium ſtudiis quærunt. Neque tamen adeo hæc contagio omnium animos veluti peſtilenti ſidere afflavit, ut de

tem-

temporum noſtrorum calamitate queri poſſimus. Imo ego inter præcipua munera arbitror hoc ſeculo natum eſſe, quo videas quod tuto ſequare, tuto ſpernas, & laudanda ſcribendo facillime laudem invenias. Scio duarum rerum obeundam eſſe opinionem, unius minimarum, quæ hoc ſtudio tractari homines umbratici pertendunt, alterius obtrectationis & invidiæ, dum cenſores agimus eorum quorum ab eruditione ut ſeculorum ita ingeniorum longiſſimo disjuncti ſumus intervallo. Sed ſimul his ſtudiis animum adjeci, præparata mentem compoſui patientia, & ſortem talium miſereri optimum duxi, dandaſque has injurias ignorantiæ, quæ facit ut ſuo indicio pereant. Aliud illis ſedet, quibus hæc parva magna ſunt, & qui non dubitant dicere cum Seneca, da mihi quemcunque vis magni nominis virum, dicam quid illi ætas ſua ignoverit, quid in illo ſciens diſſimulaverit. Hæc igitur ſolius ſunt invidiæ voces, quæ non ſecus ac ignis ſumma petit,

&

& incurrit in caput conſilii. Et quis quæſo illius aculeos timeat, cui hac in urbe florentiſſimâ talis provincia mandata ſit, ubi Ampliſſimus Ordo eam ſolum ad imbuendos eruditione juvenes viam novit & expertus eſt? Ego ſane illud præcipuum mihi obtigiſſe non confiteor modo ſed etiam gaudeo, iſto in Gymnaſio profiteri, quod vos, Patres conſcripti, clariſſimo lumine quaſi per manus tradito fulgere vultis, quando inter graviſſimas communis Patriæ defendendæ, ejuſque gloriæ extendendæ curas, id unicum curatis, quod vobis honeſtum, Reip. Litterariæ utile eſt. Eſſet hic, ubi celebrare veſtra in bonas artes ſtudia, idque plenis orationis velis, poſſem, niſi ſcirem contentos vos eſſe tacita tantarum rerum conſcientia, & malle illud nos ſentire quam ſcribere. Sed illa ipſa humanitas facit, ut ingrati crimine poſtulandi ſint, qui debitis laudibus juſta negant præconia. Certa res eſt, nihil hac in re Romanis vos inferiores, imo, ſi per-

permittitis hac vos onerari invidia, eos ſuperatis. Quid circuitione utendum eſt? Nonne illi ſeveras artes urbe pellunt, vos ſimul caput extollunt, hoſpitio accipitis, fovetis & ex ipſa Italia veſtros ad ſeceſſus vocatis? Dicerent alii adfuiſſe conſilio tam ſalubri Minervam Homericam, ſed ego, relictis Poëtarum fabulis, illud menti illi veſtræ, qua gubernacula Reip. cautiſſime regitis, adſcribo. Urbem enim hanc cernitis ſtare moribus antiquis, eandem rationem aliis in rebus ſequi juſtum & æquum exiſtimatis. Hinc eum ſtudiis juvenum facem prælaturum optimam judicaſtis, qui id ſolum ſibi honeſtum putabat, adoleſcentes videre optimis artibus præditos, & imitatione veterum ſuique facere eruditos. Quod ſemel acceptum divinitus conſilium in poſterum ſemper ſecuti eſtis, eodemque ludo edoctos, & quibus ille princeps ad ſuſcipienda atque ingredienda ſtudia exſtitit, hanc Spartam curaturos conſenſu veſtro quaſi lege æterna decreviſtis.

Et quid aliud mihi voluntatem veſtram conciliavit? Mihi, inquam, quem ex Galliis amplis conditionibus accitum ſpei & votis parentum admoviſtis, & in quem omnia à vobis profecta ſunt, quæ ad commodum, quæ ad dignitatem, quæ ad honorem pertinerent: qua re jam inde ab initio factum eſt, ut nihil antiquius habuerim, quam ut publice monſtrarem me beneficiorum eam quam par eſt memoriam ſervare. Itaque in hoc auctorem rerum naturam ſequor; cujus æterna lege ut flumina vaſtam illam & immenſam originem repetunt, ita hos libros illis reddo, qui me honoribus & præmiis augendo taciti velut auctores fuerunt aliquid audendi. Vobis igitur quam maxime me probatum cupio, quod num poſſit præſtare hic primus ingenii mei fœtus, & ſtudiorum periculum, veſtrum erit judicium, veſtra exiſtimatio. Neque tamen adeo mihi placeo, ut neſciam majus quid & auguſtius eſſe debere, quod veſtris nominibus prænotatum ſit: ſed ut primitias frugum

etiam Dii ſuſcipiunt, iiſque non ſecus ac eximiis hoſtiis vel totis hecatombis delectantur, ſic mihi hanc operam apud vos gratam fore confido, qui pari ſtudio magnatum & humilium deſideria excipitis, hancque unicam laudem putatis illos adjuvare, his non deeſſe. Hac quapropter cum æquitate ſitis, in publicum peccare viderer, niſi vos induſtriæ meæ & laborum judices ſtatuiſſem; quo ex officio benevolentiam in me veſtram exiſtimabo. Ut ut enim res cadit, tali ſemper prærogativa gloriabor, quæ me vel in poſterum à ſimili argumento abſterrebit, vel ſponte currenti (præfiſcine dixerim) addet calcaria, ut & Reip. Litterariæ & Scholæ veſtræ eam, quam optaſtis, operam præſtem, ut certo monſtrem, nullum apud me beneficium veſtrum intermori, tutuſque eſſe poſſim meorum erga vos officiorum conſcientia, quorum me perpetua in poteſtate fore promitto, quorumque pro ſalute, multa Deum Opt. Max. veneror.

BIBL. ... ROMA ... VITTORIO EMANUELE

SUMMA CAPITUM.

LIBRI I.

CAP. I.

QUis ſit in re funerea apud Græcos προσῳδὸν, quid ἁρμόζειν πάθεσι: quis διδάσκαλος incantu: ἐντηχεῖν παιᾶνα, παιὰν idem quod θρῆνος: ejus rei ratio. *Nænia* non ſemper de carmine lugubri. Euripidis locus tentatùs; alter nobiliſſimus Procli explicatus: παιὰν in bello duplex, unus Apollini, alter Marti ſacer: interpres Luciani notatus. *Pag.* 1

CAP. II.

Petronius à Scioppi & aliorum correctione vindicatus: *Pudica, pura, verecunda, gravis oratio: magna ſententia.* σεμναὶ ἐννοῖαι. *Pondera.* Petronius aliquoties emendatus: *Itaque Hercules, Certe Hercules. Repens* pro repentinus, ἕρπειν pro βαδίζειν. *Juppiter rubens.* 9

CAP III.

Στολὴ κροκόεσσα apud Euripidem: non fimbriata, ut vult Interpres: Scholiaſtæ explicatio rejecta, cujus etiam verba explicata. Veſtis crocea, crocotula. Στολὴ τρυφᾶς. *Veſtis delicata.* 19

CAP IV.

Lyſimachi Θηβαϊκά: verus ejus libri titulus indicatur: Voſſii levis error: Scholiaſtes Apollonii bis emendatus. Θηβαϊκὰ παράδοξα: ἱστορικὰ παράδοξα. παράδοξον quid proprie: Latinis vox ejuſdem vis non eſt. 23

CAP. V.

Ἰσχνὸς character: Servius errare oſtenditur: *Gracilis Horatius.* Auctor carminis ad Piſonem expoſitus: Suetonius explicatus, *corpus de* pinguedine, *facere corpus, facere rem, amittere corpus, deducere carmen, gracile marmor.* 27

CAP. VI.

Ταινίαι Servio nomen proprium reſtitutum: Iſidori error oſtenſus: Suidas explicatus; πεζίτια, Portus notatus, & interpres Pollucis: Suidas correctus. Chæremon Tragicus. 33

CAP. VII.

Voces nonnullæ veteribus latiori ſenſu uſurpatæ, quam hodie ſolent. Γυμνὸς & *nudus* de iis qui veſtibus erant induti. Suetonius explicatus: γράμμα de ſtatua apud Ælianum: Γυμνῆτες ἱππεῖς apud Euripidem. ὁπλῖται, proprie de pedeſtribus copiis gravi armatura inſtructis. *Sepelire* tam de combuſtione, quam humatione, aliove condendi funeris ritu, ut & *ſepulchrum,*

ebrum, & *ſepultura*: Simili ſenſu θάπτειν: *igne ſepelire*, περὶ θάπτειν. Multi Auctorum loci explicati. 36

CAP. VIII.

Superſtitio Ethnicorum in mortis genere: *bene mori*, apud Quintilianum & Livium explicatum καλῶς θανεῖν: κακῶς θανεῖν, κακὸς θάνατος, ἀτίμως θανεῖν: *male mori*; *turpis exitus*, *gravis tumultus*: *Exuere hominem*, *reverti in patrem*, *induere hominem*: Frater pro animo fratris, eo ſenſu μήτηρ & ἀδελφὸς apud Græcos. Longus explicatus. 50

CAP. IX.

Terentius tentatus: *facere quid*, & δρᾶσαι τι contrario ſenſu: *factum velle alicui*: *bene*, *probe*, particulæ adhortantium ſimul & interrumpentium. 61

CAP. X.

De generibus Comœdiarum: *Prætextata*, *togata*, *palliata*, *trabeata* & aliæ: Donati error, μικτὸς: *Tragicomœdia*: error Neotericorum, ut etiam Scholiaſtæ Euripidis, Victorii, Stiblini & Artemidori. *Comœdotragœdia*. Interpres Pollucis notatus *Rhintonica*, ἱλαροτραγῳδία, ἱλαρῳδία. Suidas correctus, & Porti error inſignis, φλυακογραφία. 64

CAP. XI.

Suidas correctus, explicatus & à gloſſa liberatus: Χάλις vox Attica: φατνώλιον: Damaſcii locus non intellectus à Porto: τετράγωνος ἀνὴρ ἄψογος. Mercurius λόγιος θεός. *Ars* abſolute Ars Grammatica: τεχνικὸς per excellentiam *Grammaticus*, *Artigraphus*: τεχνικοὶ τῶν Γραμματικῶν. Ulpianus explicatus. 78

CAP. XII.

Τραχηλίζειν, Suidas explicatus, interpretis error: Locus D. Pauli ad Hebræos expoſitus, *torquere collum*, *projicere brachia*, *ſcutum*; προβάλλειν, προβολή, χειρῶν ἀνάτασις, *claudere membra*, *colligere ſeſe in arma*, *ponere manus*, *fingere brachia*: interpres Diogenis notatus. Ratio ſacrificandi inferis, terreſtribus, Superis: ἔντομα σφάγια. Lutatius explicatus: Foſſæ circa aras: *Supra terram ſacrificare*, χθόνιοι, ἱερά: Heſychius vindicatus: Suidas tranſpoſitione ſanatus & correctus: Harpocration correctus: Nummi explicati, *in flammam jugulare pecudes*, ἐπιβώμια μῆλα; circumductio reorum, Πόμπη, Θριαμβος, Πομπεύειν. Nummus Velſeri expoſitus, Satyri non ſemper cornuti. 85

CAP. XIII.

Phædrus correctus; Rigaltii, Rittershuſii, Freinshemii ſententiæ improbatæ. 104

CAP. XIV.

D. Auguſtinus ſemel à gloſſa liberatus: *Utiles Dii* & *Inutiles*: ſemel correctus, *jactatio membrorum*. 106

CAP. XV.

Horatius explicatus: Ὀβελίζει: ἀποσημειοῦν & ὑποσημειοῦν quæ confundit Heinſius: ὑποσημειοῦσθαι *ponere ſigna navis præceptis*, παρασημειοῦν, *adnotare*,

 error

error nominis, Suetonius explicatus. 107

Cap. XVI.

Fragmenta Steſichori & Sophoclis apud Scholiaſtem Euripidis correcta: Ipſe Scholiaſtes bis emendatus: ῥῆσις, interpres Artemidori notatus: meretrices triplices: *Scorta diobolaria*; Τετράδραχμοι ὀβολοί, αἶζαι, χαμαιτύπαι; σκηνοποιΐδες, Νόθοι Athenienſium, non recte *Spurii* vertuntur: Antichroniſmus Euripidis: Ματρόξενος vox Rhodiorum. 112

Cap. XVII.

Terentius bis explicatus: Rivii & Bembi conjecturæ refutatæ: *Proſcribere*, προγράφειν: *ædes mercede inſcribere*: *Merces* nunquam in tabula: quid proprie *merces*. *Opera* Donati & Palmerii ſententiæ rejectæ, ut & Rivii, βίος & *vita* pro victu ἐξχειρογάστορες: Χειροτέχναι, Γαστρόχειρες. 120

Cap. XVIII.

Gloſſæ correctæ, Γέρ̣α, vox Sicula: velut opprobrium Athenienſibus objecta, cujus rei vera ratio. Eugraphius correctus, *Bos Luca*; *Duplicarius*: *tadiare*, *barbare*, & alia. 126

Cap. XIX.

Terentius aliquoties emendatus: Semel explicatus: *ut* omitti ſolet: præſentia pro præteritis, verum initio orationis ἄλλως. *Inſanire*. *Dementia*, Μανίαι *furor impendiorum*, *ſalubriter emere*. 128

Cap. XX.

De lectione Euripidis diſputatum cum Scholiaſte, qui linguam ſuam non intellexit: Ψυχὴ Ἑλένη, & *anima*, & ψυχὴ pro homine: Gatakeri error in Virgilio: animæ ſepulchro condebantur, ſi apparerent, quæ iſtius apparitionis ratio vulgi & quæ Philoſophorum. Euripides explicatus: Παρθεμπολῶ: mos Heroum in dotibus dandis: ἀλφεσίβοιαι. 137

SUM-

SUMMÆ CAPITUM.
LIBRI II.

Cap. I.

S*Implex veneratio:* Servii error. Γ'λάσκομαι: *Admirari*, Ὀρᾶν, & θαυμάζειν, βλέπειν, *ſupplicare* pro ſacrificare. Heſiodus correctus: Dii ſine patre nati; ὑπονήνεμος παῖς: *Vulcanus, Minerva, & Bacchus* Ἀμφιροθάλεις: Cupidinis natalis varie narratur; *Venus cæleſtis*, οὐρανία, πάνδημος, *vulgaria: Geminus Cupido*: Gevartii & M. Antonii Delrio ſententiæ rejectæ. 144

Cap. II.

Servii Commentarii in Librum primum Æneidos paſſim correcti: *Juno Curitis*; *Juno Soſpita*: Plutarchus emendatus. Gloſſæ correctæ; *Vernula: dare latus*, σόφισμα: θεοτίκα λαπτεῖν, οὐδετέρα λαπτοὶ, Euſebius emendatus: Servii error in nominibus Auguſto oblatis: Hyades, Venus Victrix, Genetrix, Epidætia. 155

Cap. III.

Nobiliſſimus in eodem Servii libro locus explicatus & correctus. *Honorem aris imponere.* Τιμὴ *honor*, *diis honor habitus eſt*, *Diis honorem Dico.* Mos invitandi Deos ad convivia, qui honos etiam Homero habitus apud Argivos, ejus rei cauſa. Interpres Æliani notatus. Bacchus χαριτοδότης, δαῖς Ἀθλωάτων. Inſcriptio vetus explicata. Dii exhalationibus ali credebantur, quod ad Deos malos Platonici reſtinguunt: ἑστιᾶν θεοὺς. ἑορτὴ ὄψεως, πανήγυρεις ὀφθαλμῶν Statuæ Deorum & Sacerdotum in conviviis, & alia. 165

Cap. IV.

Servius in Librum II. Æneidos ſæpius corrigitur: *Subpalamedes: Diis invidiam facere. Tumultus: tumor; tumida vita.* Venus in modum umbilici culta, Pallas & Ceres ſub ſtipitis forma. Ceres Ο'μπνία: Scholiaſtes Nicandri, & Suidas emendati: Templa ad quæ viris non dabatur aditus, & alia à quibus mulieres arcebantur. 181

Cap. V.

Vulcanalia in quem Diem incidant, à Lipſio diſceſſum: *Ercolæ, Plotoni, Robeo* Rubenii error & Iſidori Pallii geſtandi properantibus ſervis mos. 191

Cap. VI.

Correctiones aliquot Variorum Auctorum, Aſconii, Apuleji, Dictys Cretenſis, Rutilii Numatiani. *Offundere memoriam, pavorem, terrorem: proturbare*, Varro explicatus. 193

Cap. VII.

Arrianus emendatus. Ἀνόσημος: Anacharſidis epiſtolæ correctæ. Nonnulla de re veſtiaria. 197

C A P. VIII.

Auctor brevium Scholiorum ad Homerum correctus: Πίνειν ἐν κέρασιν: ἐν μικροῖς, ſcilicet ποτηρίοις: κέρασιν πίνειν: *in auro bibere*, *in Nilo*. Eum non eſſe Didymum firmis argumentis probatum, ſed diſcipulum quendam. 200

C A P. IX.

Iſidorus explicatus & correctus: *Capulus* quid proprie, *capulus funis*. Mos involvendi & conſtringendi linteis & faſciis cadavera ex infantium involucris, cadaveribus conditis, & nummis expoſitis: Artemidorus explicatus: δεσμοὶ ἐντάφιοι: *inſtrictus*, *inſervare*, *inſeptus*, *incutere* & alia, contra Salmaſium inſtituta diſputatio: cadavera non ſemper combuſta apud Græcos: *Toga* mortuorum, φᾶρος: ἐντάφια apud Ælianum explicata, ejus interpres, ut & Luciani & Heliodori notatus: περιστέλλειν δέμας: *componere*: *obvolvere*: vulnera mortuorum ligata: *operta exequiæ*, multi loci, à Kirchmanno & Meurſio ſecus accepti, explicati. 204

C A P. X.

Μέλος & ὕμνος de proſa oratione: Fulgentius explicatus *melos carminis*; ὄχοι ἁρμάτων: *graminis herba*: *hyems anni*. Suetonius explicatus: *hyems* & χειμὼν pro tempeſtate. 219

C A P. XI.

Ilia tellus pro *Troja* apud Virgilium: Sumpſit ab Euripide: Ἄστυ pro inſula: tota regio vocatur ἀκρόπολις: Ariſtides explicatus. 223

C A P. XII.

Gloſſæ correctæ, *maculæ*: & σπῖλοι in veſtibus, & hac occaſione de veſtibus pictis: Iſidorus correctus: ποικιλία de quolibet ornatu: χαρὰς ἀπὸ κερκίδος: Interpretes Luciani notati: διάπαρυφος ἀνήρ. Πολύμιτος, *Picta veſtis*, *Multiplex veſtis*: Silius Italicus contra Dauſquejum explicatus. *Multiplex linum*. Stuckius notatus. Γυαπισμὸς ἁπλοῦς: Arrianus diſtinctione ſanatus. 225

C A P. XIII.

Ariſtophanis Ἐκκλησιαζούσαις duobus locis emendatæ. 231

C A P. XIV.

Longus correctus, & lectio ejus contra Jungermannum defenſa. Σκίρροι γέροντες, *calloſi ſenes trit manus*, χεῖρες ἄτριπτοι ψυχαγώγιον: καταγώγιον de locis, *clamare in herbas*, ἀγωγή: ratio evannandi apud veteres, & in ea error ejuſdem Jungermanni. 233

C A P. XV.

Duo Gloſſarii loca explicata. Acceſſio, Ἐπίληψις, λῆψις, ἐπισημασία, *impetus*, *horror*, Καταβολὴ, καῦσος πυρετὸς, *Lineamenta cauſæ*, *cauſæ conjectio*. Legitur in Gloſſis, *Accenſiones*, Ἐπίληψις, Ἐπισημασία. 238

C A P. XVI.

Nimbus quid in Deis, & Imperatoribus, atque in Phœnice, probata illuſtris Scaligeri correctio in Auſonio: ſed locus aliter explicatus. 241

Cap. XVII.

Petronius paſſim emendatur. *Cubile*. Navigium Iſidis, Herculis & Ammonis. *Convaleſcere* de tempeſtate, Plantis, conjurationibus: Ἀποτόμῳ ἰατρὸς; *Arces impoſitæ oppido*. Valerius Flaccus & Statius explicati: Aſtroſus; Siderum poteſtates; ἀστέρες κακοποιοὶ, & ἀγαθοποιοὶ, *bona* & *mala ſidera*; *bona mens*, *mala mens*; *mens Dea*, *Animus Deus*; Catonis diſticha explicata. 243

Cap. XVIII.

Merces eorum apud Athenienſes, qui terram fodiebant, & aliorum qui viliora opera faciebant. Δικελλίτης, πηλοφορῦντες, εἶναι ἐν γεωργίᾳ. Æliani locus expoſitus. 252

Cap. XIX.

Κατασκευασταὶ εἰκόνες, κατασκευάσματα, κατασκευάζω de tabulis pictis. Plutarchus explicatus. 255

Cap. XX.

Phædrus ſemel explicatus, ſæpius correctus: *Fauces improbæ*: Gellius correctus, *ætas victa*: *Degere alicui*, *ornari ſibi*, interpres Plutarchi notatus: *Ludi celebrati Numinibus*: *Furere Deos*, *mutat* paſſive, ut etiam *vertiſſet*, *moviſſet*, & alia. 257

SUMMÆ CAPITUM, LIBRI III.

Cap. I.

Beati dicuntur felices, divites, Μακάριοι: in ea voce correctus Auctor carminis ad Piſonem, quem non eſſe Lucanum obiter probatum. 263

Cap. II.

Lucianus in Timone tentatus & emendatus: ὑπερείρειν τὴν χεῖρα, *defendo*. Idem in peregrino explicatus, & interpres notatus ἐξαντλέω, *fundere verba*, *fluens cantus*. 265

Cap. III.

Iamblichus in vita Pythagoræ ſæpius emendatus, ἐνέβη, & ἀπόβασις eleganter omiſſa voce *navis* ponuntur, ut & *egredi*, *ingredi*, *imponere*, *ponere*. Mulieres omnis ætatis partes à Deabus ſumpſerunt, & locus elegantiſſimus explicatus. *Proſerpina* vocata Μαῖα, Ματέρες Deæ in Sicilia. 268

Cap. IV.

Iamblichus iterum diverſis locis correctus: Ἀγείρειν: Ἀγείρειν τῇ θεῷ: *Dea* dicitur ἐπαιτεῖν *& mendicare*, cum Sacerdotes ſtipem colligunt: interpres Luciani notatus: Χελιδονίζειν, Κορωνίζειν; Ἀγύρτης διὰ θεόν: Suidæ locus examinatus: Ἀγείρειν *Philoſophorum*. 274

Cap. V.

Iamblichus corrigitur. Pythagoras num aliquid ſcripſerit dubitatur: Ἀνάβασις Νείλου; interpres Plutarchi notatur. 279

Cap. VI.

Diomedes, Priſcianus ſemel, & Valerius Flaccus ter emendatus, Scioppii conjecturæ rejectæ; Cnejus Mattius. Mos jurandi per ſua infortunia, *virgo* pro Medea. 282

Cap. VII.

Apollonius Rhodius tentatus: Βάξις vox antiqua, pro oraculo, ut & *Dictio*, θεώτερος pro θειότερος, θελῶ pro θέλω. Suidas explicatus: Nicephorus correctus. 285

Cap. VIII.

Veſtitus Lenonum, Meretricum, & Eunuchorum apud Athenienſes: item ſervorum: ἄνθος, *flos* de purpura. Interpres Pollucis duobus locis notatus: Ἀναβάλλειν vox Athenienſium. Lucianus explicatus: *Mitra*, *vittæ*: coronæ poſteriorum imperatorum Πυραμίδες vocatæ. Frigum, Ferecides, Palefatus, F. pro P H. mulieres Athenienſium tinctis initio tunicis non utebantur, quod mutatum: φίλα, φάλαρα, quo nomine apud nos vocentur. 287

Cap. IX.

Κτίζειν νῆσον, *Condere oppidum*: conditor Orientis, Κτίζειν ἔθνη, *condere populum*: error Mauſſaci & Porti. 293

Cap.

Cap. X.

Æliani liber primus percurritur. Interpres ejus notatus. Δεινοὶ κατὰ κοιλίαν. Δεινὸς πιεῖν. Rhodiorum mos, γαστὴρ & *venter* de voracibus. Ἄμαχος de omni magna re. Ælianus bis correctus, ſemel tranſpoſitione ſanatus. *Vir natus:* Βάνα φῦσα. Luciani error. Jupiter Olympius in variis locis. 295

Cap. XI.

Liber ſecundus illuſtratur: interpretis lapſus, γραφὴ, γράφειν: accuſatio, accuſare: Laconicæ brevitatis illuſtria exempla: Ælianus bis, Iamblichus ſemel correctus. Tituli capitum interdum ab Auctoribus, Ælianus à gloſſa liberatus, ὅδιτεσχ φέρειν. 300

Cap. XII.

Liber tertius examinatur: Ælianus quater correctus; Κάτοχος, κάτοχος ἐκ θεῶν, κάτοχος θυμοῦ. *Recipere furias, impleri Deo, concipere, accipere numen; excutere Deum pectore:* furor duplex, ſacer, vel in pœnam immiſſus à Diis: *Lymphatus:* Dii homines exagitabant iis rebus, quibus præerant, ὀλοφύρη θεὰ, *lacrumoſus fumus, peritura fata, imminentia ſigna:* *Terror panicus*, *Pan* στρατιώτης, *ſentire Deum Deamve iratam morte:* Inſcriptio explicata: Βάκχοι ἱερὸς: *Mænades Priapi:* φλέειν. 304

Cap. XIII.

Liber octavus examinatur. Γάμους θύειν. In eo interpres notatus. Θύειν γαμήλια, διαβατήρια, διαβατήρια, ἐπινίκια: προτέλειν Νικητήρια: Nummus explicatus, & rejecta ſententia Urſini: Περάτειν pro ſacrificare: Ει ſæpe pro Ι. Ἄδειν ἐμβατήρια, δείπνειν ἐπινίκια. Ariſtophanes explicatus: Ælianus correctus; Anaxagoras Νῖκη: Minerva Νίκη ſeu *Victoria: Vitellius Concordia; Celia Concordia; Furia Spes*; Διονύσιος Γαμέος. Athenæus defenſus. 313

Cap. XIV.

Ælianus explicatus. *Flammeus color. Flammearii,* Φβαμβαλάριοι, haſtæ vittis ornatæ. Themiſtii locus illuſtratus, *Caliendrum.* Τραχηλίδιον. Ælianus à gloſſa liberatus. 318

Cap. XV.

Liber XII. & XIII. Æliani variis locis corrigitur. Satyrici Poëtæ duo additi ad illos quos recenſet Caſaubonus. Formulæ Oratorum ad Auditores orationem dirigentum εἰ μὴ λυπεῖ. *Si commodum eſt, ſi videtur.* Themiſtius correctus. Æliani lectio defenſa. 322

Cap. XVI.

Diſſertatio de Diis, Dæmonibus & Heroibus; eorum differentia inveſtigatur; à Thalete hæc diſtinctio, à quo eam ſumpſit Pythagoras: Iamblichus correctus. Platonis alia diſtinctio, ejus μέγιστος δαίμων, μέγας θεός. *Semidei*, Ἡμίθεοι, ſunt *heroës: Ruſtica numina, plebs ſuperum, vappa & puſilla numina, Senatus Deorum, Semidea Dryades Medioxumi, Marini:* Dæmones interpretes Deorum & hominum: ſingulis actionibus ſui Dæmones: ἱεροὶ cæ-

dum,

dum, ἱερὸν ὅρκον, ἱερὸς λόγος. *Genii loci*, *Dii Locales*, *Dii Municipes*, *Dii Topici*, Ælianus correctus: ἐγχώριοι, ἐπιτόπιοι θεοὶ, Ἐγχωρίται, ἰδιόςολοι, Interpres Porphyrii notatus, *Dii tutelares*, Πολιεῖς, πολιοῦχοι. Heſiodus explicatus, Bœotia Neptuno ſacra, & muri Thebarum Marti. 327

Cap. XVII.

Antiquitates Thebarum illuſtratæ. Quæ tria buſta: Celebria circa Thebas. Septem Virginum, Zethi & Amphionis & Semelæ; Hyginus correctus. De Numero liberorum Niobes diſputatum, & diverſiſſimæ Auctorum ſuper ea re ſententiæ, Ovidii, Laſii Hermienſis, Heſiodi, Alcmanis, Apollodori, Hygini, Herodoti, Pherecydis, Hellanici, Xanthi, Philoxeni, Æſchyli, Ariſtophanis & Euripidis. 339

Cap. XVIII.

Duarum vocum rarior ſignificatio: *Bellum* de rixa uxoris & mariti: Εὐνὴ ἀπόλεμος, *Domus* de quocunque receptaculo. Quintilianus tentatus. 344

Cap. XIX.

Formulæ quibus Græci cædes exprimunt. Αἷμα δρᾶν, ἐργάζεσθαι, πράττειν pro *occidere*. Locus Euripidis explicatus ἔχειν αἷμα. Alter ejuſdem expoſitus: Ζῶ καθ' ἡμέραν. *Vivere in diem*: Rurſus Euripides illuſtratus, ut & Horatius. 347

Cap. XX.

Plinius correctus, & rejecta emendatio Catanæi. *Ponere controverſias, quæſtionem, carmen, conſilium, præmium*, Τιθέναι ἆθλα. Heſiodi interpres notatus. Ἆθλος & Ἆθλον differunt, confundit tamen Hyginus. Ἀγῶνες ςεφανῖται & φυλλῖναι. Vegetius correctus: *gradus & articuli*, & *Numeri* in bello aliiſque rebus. Quintilianus explicatus, *Tentare forum*: Δεῖγμα ſpecimen, & locus ubi oſtenditur; *indicium*. 351.

FINIS.

INDEX

INDEX AUCTORUM,

Qui his in libris vel emendantur vel explicantur.

A.

A*Nacharſidis Epiſt. Emend.* 2, 7.
Ælianus ſæpe emend. & explicatur. 2, 18. 3, 10. 3, 11. 3, 12. 3, 13. 3, 14. 3, 15. 3, 16.
Apollonius Rhodius expl. 1, 12. *corr.* 3, 7.
Apulejus emend. 2, 6.
Ariſtides expl. 2, 11.
Ariſtoph. bis emendat. 2, 13.
Arianus emendatus, 2, 7.
In Periplo, 2, 12.
Artemidorus expl. 1, 10.
Aſconius emend. 2, 6.
Athenæus defenſus, 3, 13.
Auctor carminis ad Piſon. emend. 3, 1. *expl.* 1, 5.
D. *Auguſt. corr.* 1, 14.
Auſonius expl. 2, 16.

C.

C*Atonis diſticha expl.* 2, 17.

D. *Dio-*

D.

DIomedes corr. 3, 6.
Dictys Cret. emend. 2, 6.
Donatus not. 1, 10.

E.

EUripides emend. 1, 1. 1, 7. lectio ejus contra Schol. laſt. defenſa, 1, 20. expl. 1, 3. 1, 20. 3. 19.
Euſebius emend. 2, 2.

F.

FUlgentius expl. 2, 10.

G.

GEllius corr. 2, 20.
Gloſſæ corr. 1, 18. 2, 12. expl. 2, 15.
Gloſſæ Labbæi, 2, 2.

H.

HArpocration corr. 1, 11. & 12.
Heſiodus corr. 2, 1. expl. 3, 16.
Horatius expl. 1, 15.
Hyginus corr. 3, 17.

I.

IAmblichus corr. ſæpius & expoſ. 3, 3. 3, 4. 3, 5. 3, 11.
Inſcript. expl. 2, 3. 3, 12.

Interpres Artemidori not. 1, 16.
Æliani, 2, 3. 2, 9.
Luciani, 1, 1, 2, 9. 2, 12. 3, 2. 3, 4,
Heliodori, 2, 9. *Plutarchi,* 3, 5.
Pollucis, 3, 8.
Iſidorus emend. 1, 6. *emend. & corr.* 2, 9. 2, 12.
Juſtinus expl. 1, 7.

L.

L*ongus corr.* 2, 14. *defenſus. ibid. expl.* 1, 8.
Lucianus emend. 3, 2. *ejus error.* 3, 10.

N.

N*icephorus corr.* 3, 7.

O.

D. P*Aulus expl.* 1, 12.
Petronius emend. ſæpius. 1, 2. 2, 17.
Phædrus corr. 1, 13. *expl. & corr.* 2, 20.
Plautus expl. 1, 10. *Notatus* 1, 20.
Plinius corr. 3, 20.
Plutarchus expl. 2, 19. *emend.* 2, 2.
Porphyrius expl. 3, 16.
Priſcianus corr. 3, 6.
Proclus expl. 1, 1.

Q.

Q*Uintilian. expl.* 1, 8. 3, 20. *tent.* 3, 18.

R.

R*Utilius corr.* 2, 6.

S. Ser-

S.

Servius ſæpius emend. & expl. 2, 2. 2, 3. 2, 4. *ejus error,* 1, 5. 2, 1. *emend.* 1, 6.
Scholiaſtes Apollonii emend. 1, 4.
Euripidis. 1, 16.
Homeri. 2, 6.
Nicandri. 2, 4.
Silius Italicus expl. 2, 12.
Sophoclis fragm. emend. 1, 16.
Steſichori fragm. emend. 1, 16.
Suetonius expl. 1, 5. 1, 7. 1, 15. 2, 10.
Suidas corr. 1, 10, 1, 11. 1, 12. 2, 4. *expl.* 1, 6. *corr. ibid.*

T.

Terent. emend. 1, 9. 1, 19. *lectio reſt.* 1, 17. *expl. ibid.*
Themiſtius emend. 3, 15. *expl.* 3, 14.

V.

Val. Flaccus emend. 3, 6.
Varro expl. 2, 6.
Vegetius corr. 3, 20.
Virgilius expl. 2, 2. 2, 11.
Ulpianus expl. 1, 11.

GISBERTI CUPERI
VARIARUM OBSERVATIONUM
LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Quis ſit in re funerea apud Græcos προσῳδὸς: *quid* ἁρμόζειν πάθεσι. *quis* διδάσκαλος *in cantu:* ἀντηχέειν παιᾶνα: παιὰν *idem quod* θρῆνος; *Ejus rei ratio.* Nænia *non ſemper de carmine lugubri. Euripidis locus tentatus: alter nobiliſſimus Procli explicatus:* παιὰν *in in bello duplex, unus Apollini, alter Marti ſacer. interpres Luciani notatus.*

VArios in efferendis cadaveribus apud veteres ritus fuiſſe, norunt etiam illi, qui nondum ære lavantur, & exiſtunt hac de re commentarii docti & laborioſi, qui cupidis ſatisfacere poſſunt; ego id ſolum docere mihi propoſui, quod ab aliis omiſſum, priſcis auctoribus illuſtrandis inſervit. Igitur *præficæ* quæ fuerint, docet nos Feſtus, *præficæ,* inquit, *dicuntur mulieres ad lamentandum mor-*

tuum conducta quæ dant cæteris plangendi modum. Sed cui non dictus Hylas? quapropter ulterius pergam, & Græci quo nomine eum, qui idem munus præſtabat vocarint in medium proferam. Προσῳδὸς eſt, cujus mentio apud Euripidem in Phœniſſis v. 1499.

Τίνα προσῳδὸν
Ἢ τίνα μουσοπόλον στοναχὰν ἐπὶ δάκρυσι,
Δάκρυσιν ὦ δόμος δόμος ἀνακαλέσομαι.

Vertit eruditiſſimus Canterus,

Quem accentorem
Aut quem Poëticum atque lugubrem gemitum ad lacrymas
Lacrymas, ô domus, arceſſens ciebo.

Verum optime interpretatur hanc vocem Scholiaſtes; προσᾴδοντα φησὶ καὶ ἁρμόζοντα (ita enim legendum) τοῖς νῦν πάθεσι. unde diſcas licet ἁρμόζειν πάθεσι, idem plane eſſe quod dixit Feſtus, *dare cæteris*, nempe plangentibus, *modum*: illud enim eſt *ordinare planctus*, quo nihil aliud ſignificatur, quam curam habere plangentium in luctu, iis præeſſe, eos docere quo tempore nænia canenda ſit, & ut recte atque ordine nunc hæc nunc illa pars officium ſuum peragat, carmenque lugubre fundat. Firmat hanc meam conjecturam Auctor Magni Etymologici, dum refert in voce προσῳδίαι, unde Didymus ἐν τῷ περὶ Λυρικῶν ποιητῶν illam deducat: nam ait inter cætera: ἢ παρὰ τὸ προσῳδεῖν καὶ ἁρμόζειν τῇ ὑποκειμένῃ λέξει. ὑποκειμένη λέξις

eſt

eſt vox quæ præcedit, & quæ prima canit, moderaturque totum carmen: nam Græci κείμενον, προκείμενον & ὑποκείμενον id vocant, quod præponitur. Is enim προσῳδὸς auſpicabatur carmen, & dabat voce ſua præſcriptum, cui accinere reliquos oportebat, adeo ut ille ſolus principium caneret, & cætera turba totum: quod etiam in aliis rhythmis obtinuiſſe docet nos Heliodorus lib. 3. Æth. Τοῦ δὲ μέλους αὐταῖς τὸ ἐνδόσιμον ὁ ἕτερος χορὸς ὑπεσήμαινεν. οὗτος γὰρ τὸν ὅλον ἐπιτέτραπτο μελῳδεῖν ὕμνον. *Cantilenæ autem præſcriptum, alter chorus illis dabat: huic enim ut totum hymnum caneret, negocium datum fuerat.* id eſt; ut ille chorus initium hymni caneret ſolum, & ſic alteri choro daret præſcriptum, qui totum illud carmen, repetitis etiam verbis quæ alter pronuntiaverat, canere debebat. Sed & hanc vocem rei lætæ inſerviiſſe perſuaſus ſum, & tam hilaritati quam triſtitiæ dicatam, præſertim cum Auctor Magni Etym. nihil certi definiat: verum in hilaritate vox alia erat uſitatior, ut, ὁ vel ἡ διδάσκαλος: nam & virorum & mulierum chori. Themiſtius orat. 13. μένειν δὲ ἐνθάδε ἐώμενος, διδάσκαλος ἂν γενοίμην τοῦ χοροῦ, καὶ ἀντασόμεθα ἅμα τοῖς Ἰταλιώταις ὑμνοποιοῖς. *Sin manere apud vos mihi liceat, ego chori magiſter ero, ita ut Italicis cantoribus reſpondeamus.* Ariſtenætus lib. 1. epiſt. 20. Καὶ ἡ διδάσκαλος ἐπέβλεπε τὴν ἀπᾴδουσαν, καὶ εἰς τὸ μέλος ἱκανῶς

ἐνεβίβαζε χειρονομοῦσα τὸν τρόπον. *è quis ſi qua diſcrepare viſa eſt, reſpicit eam chori magiſtra, & ad modulum commode reducit, manibus increpans:* Latini vocant *modum adhibere.* Junius Phylargyrius ad Eclogam VI. *Apte perſonam Sileni inducit diſputantem, quem choro Liberi patris magiſtrum adhibent, qui choro modum adhibere poſſit.* Sed hoc referendum ad choreas ſaltantium, quæ frequentiſſimæ in Sacris Liberi patris, quibus etiam modus adhibetur à magiſtro, qui tunc dicitur ἀνάσσειν χοροστασίας, extrema dedicatione ſtatuæ Regillæ.

Ηλάχεν ἠλυσίῃσι χοροστασίῃσιν ἀνάσσειν.

Ipſa etenim Elyſias moderatur diva choreas.

Ut autem ad mortualia noſtra revertamur, hunc in deductione funeris morem ſervabant, ut nunc illa, nunc hæc mulierum pars caneret, quod vocant Αντηχέειν παιᾶνα: idem Euripides Alceſtide, vers. 423.

Παρέστε, ἢ μένοντες, ἀντηχήσατε
Παιᾶνα τῷ κάτωθεν ἀσπόνδῳ θεῷ.

Loquitur Admetus chorum, quem monet ut per vices canant carmen in honorem Iovis Stygii: quibus in verſibus neminem movere debet, quod παιὰν rei funereæ aptetur, cum ſit carminis genus in honorem Apollinis: nam & ita loquitur Electra apud Æſchylum ἐν χοηφόροις:

Τοιαῖσδ' ἐπ' εὐχαῖς τάσδ' ἐπισπένδω χοάς,
Υ'μᾶς δὲ κωκυτοῖς ἐπανθίζειν νόμος,

Παιᾶ-

Παιᾶνα τοῦ θανόντος ἐξαυδωμένας.

Ubi Scholiaſtes nugas agit, dum id reprehendit; ὅτι, inquit, ἐπὶ ἀποθανόντος παιᾶνα εἶπε κακῶς; ſed falſus eſt Græculus, cum optimi Poëtæ ſic loquantur: rurſus Euripides in Hippol. v. 1373.

Μέθετε τάλανα
Καί μοι θανάτου παιὰν ἔλθοι.

Ita enim hunc locum emendo, cum ante legeretur, θάνατος, quæ vertenda, *& veniat mihi carmen lugubre*, non autem cum Cantero: *veniat mihi mors quæ ſit meus hymnus*: & hinc explicandus nobiliſſimus Procli in Creſtomathia locus, ὁ δὲ παιάν, inquit, ἔστιν εἶδος ᾠδῆς εἰς πάντας νῦν γραφόμενος θεούς. τὸ δὲ παλαιὸν ἰδίως ἀπενέμετο τῷ Ἀπόλλωνι καὶ τῇ Ἀρτέμιδι ἐπὶ καταπαύσει λοιμῶν καὶ νόσων αἰδόμενος; καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὰ προσῴδια τινὲς παιᾶνας λέγουσιν. Nam ibi *proſodia* non ſunt intelligenda ea, quæ paulo ante Proclus explicavit; ſed ait pæanem carminis genus eſſe quod ad omnes Deos refertur, abuſive tamen etiam tribui rei funereæ, & interdum προσῴδια appellari, quæ ſunt carmina, ἀπὸ τοῦ προσῳδοῦ in funere recitata. Cujus rei rationem, quæ mihi in mentem commodum venit, proponam. Carmine illo in honorem Apollinis cantato, laudabatur Deus ille, recitabantur fortia facta, forte quomodo ſerpentem occiderit, ſe à Niobes contumeliis fuerit ultus, aliaque: in canticis funereis laude

provehebatur defunctus, virum puta talem, optime de Reip. meritum, tamque præclararum rerum auctorem occubuiſſe; unde factum ut παιὰν interdum ſit *cantilena lugubris*. Cicer. l. 2. de Leg. *Honoratorum virorum laudes in concione memoranto, eaſque etiam ad cantus ad tibicinem proſequuntor, cui nomen Neniæ: quo vocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant.* Et ita Feſtus *Neniam* exponit: *Nenia*, inquit, *eſt carmen quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam.* hinc erudite Gloſſæ: Neniæ, ὕμνοι ἐπὶ τῶν νεκρῶν. Notandumque diligenter. Neniam etiam de re læta dici ut de carminibus quæ ludis Troicis canebantur. Varro lib. 4. de vita Pop. Rom. apud Nonium, emendante & jungente Scaligero: *Ibi à muliere, quæ optima voce eſſet, Pergama laudari; deinde Neniam cantari ſolitam ad tibiam & fides eorum, qui ludis Troicis curſitaſſent.* Quia, ut reor, laudabantur illi qui ad Trojam occubuiſſent, vel alii: certe laudatio fuit: Et quia his in Neniis frivola multa canebantur, hinc etiam de carmine puerili, & incondito vox illa, uſurpatur. Horat. l. 2. Epiſt. 1.

Roſcia, dic ſodes, melior lex, an puerorum eſt
Nænia, quæ regnum recte facientibus offert.

Sed hæc obiter; Licet autem, ut vidimus, παιὰν ſit proprie carmen cantatum in honorem Apollinis ἐπὶ καταπαύσει τῶν δεινῶν, communiter tamen omne carminis genus ſignificat, ut

teſtis

teſtis Julius Pollux lib. I. cap. I. Onomaſt. Qua ratione carmina ſcripta in Cratetem Macedonem & Ptolomæum primum Ægypti regem παιᾶνες vocantur, ut videre licet apud Athen. lib. XV. quia ſcilicet in iis crebro repetebatur Ἰὴ παιάν. Καὶ ὁ εἰς Πτολεμαῖον δὲ τὸν πρῶτον Αἰγύπτου βασιλεύσαντα, παιάν ἐστι, ὃν ᾄδουσι Ῥόδιοι. ἔχει γὰρ τὸ ἰὴ παιὰν ἐπίφθεγμα. Quo pertinent illa Servii ad l. 10. Æn. *Pæan*, inquit, *proprie Apollinis laus eſt: abuſive & aliorum dicitur. Unde Pindarus opus ſuum quod & hominum & Deorum continet laudes, Pæanas vocavit.* quod ſi verum mutandus erit titulus carminum & pro εἶδος ſcribendum παιάν. Ita Euripidi παιὰν eſt carmen quod ante prælium canebant, in Phœniſſ. v. 1109.

Παιὰν δὲ καὶ σάλπιγγες ἐκελάδουν ὁμοῦ
Ἐκεῖθεν, ἔκ τε τειχέων ἡμῶν πάρα.
Pæan vero & tubæ, ſonuerunt ſimul
Inde & à mœnibus noſtris.

qui παιὰν intelligendus eſt de eo, qui in honorem Martis canebatur, cum alter finito prælio caneretur in honorem Apollinis. Suidas: δύο παιᾶνας ᾖδον οἱ παλαιοί. Πρὸ μὲν τοῦ πολέμου τῷ Ἄρει, μετὰ δὲ τὸν πόλεμον τῷ Ἀπόλλωνι. Tuncque dicebantur milites παιωνίζειν vel παιανίζειν. Lucianus in Zeuxide: οἱ Μακεδόνες δὲ, ὅσοι σὺν Ἀντιόχῳ ἦσαν, ἐπαιώνιζον, καὶ προσιόντες ἄλλος ἀλλαχόθεν, ἀνέδουν τὸν βασιλέα, καλλίνικον ἀναβοῶντες. *Macedones qui cum Antiocho erant,*

Paana canebant , & undique accurrentes regem coronabant , καλλίνικον *eum vocantes , & acclamantes.* Ita vertendus locus, male intellectus à Vincentio Obſopæo. Nam vox hæc Latine reddi quidem poteſt, ſed melius Græca retinetur, cum Hercules proprie vocetur Καλλίνικος quo fortaſſe milites reſpiciunt. ipſe Hercules apud Eurip.

—— οὐκ ἄρ' Ἡράκλης
ὁ Καλλίνικος ὡς πάροιθεν λέξομαι.

quod etiam aperte patet ex apophthegmate quodam apud Diogenem Laërtium in vita Diogenis Cynici. Suidas: Παιανίσαι, τὸν παιᾶνα ἐπικαλεῖσθαι, ἣν γὰρ ἔθος ἐπ' ἔργον ἐρχομένους, καὶ ἐπὶ νίκῃ τοῦτο λέγειν. hinc illud *carmen victoriæ* ait vocaſſe Æſchylum Servius: *Tamen Paana carmen eſſe victoriæ Æſchylus docet, quod ideo Apollini dicatum eſt, quia malorum avertendorum potens eſt.* Grates ſcilicet agebant, quia periculum, quod ex prælio imminebat, ejus opera depulſum erat.

CAP.

CAP. II.

Petronius à Scioppii & aliorum correctione vindicatus: pudica, pura, verecunda, gravis oratio: magnæ ſententiæ. σεμναὶ ἔννοιαι. Pondera. *Petronius aliquoties emendatus:* Itaque Hercules, Certe Hercules. Repens *pro repentinus*, ἕρπειν pro βαδίζειν. Juppiter rubens.

ARbiter initio fere Satyrici ait: *Grandis, &, ut ita dicam, pudica oratio non eſt maculoſa, nec turgida, ſed naturali pulchritudine exurgit.* Scioppio placet, quod aliis etiam in mentem venerat, *Poëtica:* credo quia Poëtæ pluribus quam oratores verbis rem deſcribunt. *Pudica* mihi eſt, quam Terentius in Prolog. Heaut. *Puram* vocat,

In hac eſt pura oratio. experimini
In utramque partem ingenium quid poſſit meum.

quæ ſcilicet ornamentis aliunde adſcitis non eſt corrupta, ut faciunt mulieres, quæ ſe alienis muneribus venditant, nam eo reſpicit ſine dubio Petronius, dum ait, *naturali pulchritudine.* ita plane Cicero lib. de Claris orator. *Hæc enim ætas effudit hanc copiam, &, ut opinio mea fert, ſuccus ille & ſanguis incorruptus uſque ad hanc ætatem oratorum fuit, in qua naturalis ineſſet*

non fucatus nitor. Pudica igitur vel *pura oratio* eſt, in qua nulla eſt ventoſa loquacitas, vel verba calamiſtris inuſta, quam poſſis etiam *verecundam* vocare cum Quintiliano lib. 11. c. 3. Inſtit. *Grandis* autem intelligenda non mole, ſed dictione & ſententiis. Cicero lib. 13. ad Attic. ep. 13. *Grandiores ſunt omnino quam erant illi, ſed tamen multa detracta. Grandia verba* apud ipſum Petronium,

Grandiaque indomiti Ciceronis verba minetur.

Si enim ἱπποβάμονα ῥήματα, ut ſeſquipedalia verba acceperis, errabis: vis enim & δυνάμις ῥηθορικὴ, ut Græci loquuntur, ſignificatur: quæ virtus Rhetorica *altitudo* dicitur Gell. lib. 1. cap. xv. *Quo ſcilicet non ad ſonum magis habitumque vocis quam ad ſententiarum penitus conceptarum altitudinem pertinet*, & hanc altitudinem *magnas ſententias vocat* Servius ad init. lib. 1. Æn. *Eſt autem ſtilus*, inquit, *grandiloquus, qui conſtat alto ſermone, magniſque ſententiis*, quæ nihil aliud ſunt, quam σεμναὶ ἔννοιαι Græcorum. Georgius Palamas Epiſcopus Theſſalonices in προθεωρίᾳ: ἐπιςῆσαι ἢ μᾶλλον χρὴ ὡς τῆς ὑποθέσεως σεμνὰς ὑποβαλλομένης ἐννοίας. *Potius intelligendum eſt, cum argumentum gravem ſententiarum materiam ſuppeditaret. Grandia* autem *verba* illa, *pondera* vocat elegantiſſime Auctor carminis ad Piſonem quem Lucanum non fuiſſe infra probo,

Quis

Quis non attonitus judex tua reſpicit ora
Quis regit ipſe ſuam, niſi per tua pondera mentem?

quibus verſibus idem plane dicit, quod his Horatius in libro de Arte Poëtica.

Non ſatis eſt pulchra eſſe Poëmata: dulcia ſunto
Et quocunque volent animum auditoris agunto.

Rerum pondera apud Gell. lib. I. cap. XV. *Qui ſunt leves & futiles & importuni locutores, quique nullo rerum pondere innixi verbis humidis & lapſantibus diffluunt: eorum orationem bene exiſtimatum eſt in ore naſci, non in pectore.* Atque ita in veteris carminis fragmento, quod de ipſo Petronio loquitur.

Petronii carmen divino pondere ludit
Quo juvenum mores arguit atque ſenum.

Horatius in Arte,

Interdum ſpecioſa jocis, morataque recte
Fabula, nullius Veneris, ſine pondere & arte
Valdius oblectat populum ——

quæ *pondera* diverſiſſima ab illis quæ idem eodem in libro reprehendit;

In ſcenam miſſos magno cum pondere verſus
Aut operæ celeris nimium, curaque carentis
Aut ignoratæ premit artis crimine turpi.

Cum priora illa ſententias reſpiciant, hæc vero pedes & metrum; iambos enim intelligit, qui nimis multis ſpondæis erant gravati. Sed pergamus

gamus: Initio celebris iſtius cœnæ hæc verba leguntur: *Amici, nondum mihi ſuave erat in triclinium venire, ſed ne abſentivus eſſem, omnem voluptatem mihi negavi, permittitis tamen finiri luſum.* Poſtremis his dicam ſcribo; licet ſciam Trimalcionem pilâ luſiſſe, & ei luſui finem impoſuiſſe: dico tamen, legi debere *permittitis tamen iniri luſum.* at quem luſum? *ſcriptorum* de quo in ſequentibus: *Sequebatur puer cum tabula terebintina & cryſtallinis teſſeris:* nam cui bono tabula hæc, ſi ludere noluiſſet? imo eum luſiſſe ſatis conſtat ex his. *Interim dum ille omnium teſſerum iter luſu conſumit*, ut reſtituit hunc locum vir, quem Batavæ ſtupent Athenæ, lib. 3. c. 15. elegantiſſimi operis de pecunia veterum: & ſtatim: *Iam Trimalcio eadem omnia luſu intermiſſo popoſcerat, feceratque poteſtatem clara voce, ſi quis noſtrum iterum vellet, mulſum ſumere.* Paucis interjectis locus ſe offert horridus aſpectu, & monſtrum informe, ingens; *Equum*, inquit, *Mars amat: Itaque juſſit ſuam cuique menſam aſſignari. Obit ei pædiſſimi ſervi minorem nobis æſtum ſua frequentia facient.* Seculum eſt, ex quo hæc verba emendant docti; & unuſquiſque, qui aliquam ad explicandum Petronium ſymbolam contulit, huic loco ſalutares manus adhibere conatus eſt: nullus tamen Æſculapius, qui ita tractaverit vulnus, ut ſanatum quis dicat. Gonſalius legit: *Addiditque, obvii & per diſceſſum*

ſervi

ſervi minorem nobis æſtum ſublata frequentia facient. Aitque hæc ad unguem cohærere. Bourdelotius tranſponit, & bona venia Criticorum Deæ formabat: *Minorem nobis æſtum ſua frequentia facient: obediunt ei paratiſſimi ſervi*: & illud refert ad menſas cuique aſſignatas, minorem æſtum ſua frequentia facturas, ſi convivæ ſcilicet propriam peculiaremque menſam haberent: aitque reſpicere in aſſignanda cuique menſa Herorum ſive Homeri tempora, quibus ſolita cuique menſa aſſignari: eademque in ſententia etiam videtur fuiſſe Franciſcus Pithæus; hunc enim locum explicaturus adducit verba Ciceronis in Piſon. *Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquiſitum. Græci ſtipati quini in lectulis ſæpe plures, ipſe ſolus*, opponit ſcilicet lautitias Trimalcionis qui unicuique convivarum unam menſam juſſerat aſſignari, & ſordes hominis iſtius, apud quem Græci quini uno in lectulo jacebant: nam terni ſummum aut quaterni ſingulis lectis recumbebant, ſi plures, fœdum ducebatur, obſervoque in magnificis epulis vix binos unum lectum tenuiſſe: Sane apud Macrob. l.2. Saturn. XIII. in deſcriptione Cœnæ Pontificiæ decem modo convivæ numerantur, qui in duobus tricliniis accumbebant: & de lauto homine Juvenal. Sat. I.

Optima ſylvarum interea, Pelagique vocabit
Rex horum, vacuiſque thoris tantum ipſe jacebit.

Verum

Verum ego in tota haç cœna unam tantum menſam reperio, de larva argentea: *Hac cum ſuper menſam ſemel iterumque abjeciſſet*: & unius ferculi, unius repoſitorii ſit mentio: adde quod Encolpius eum interrogat qui ſupra eum accumbit, quod utique fieri non potuiſſet, ſi ſinguli convivæ ſingulas menſas haberent. *Ego ſuſpicatus ad aliquam urbanitatem toties iteratam vocem pertinere, non erubui eum qui ſupra me accumbebat, hoc ipſum interrogare.* Alii ſunt qui volunt menſas ſervis aſſignatas, ut Gruterus, dum emendat, *ſua infrequentia*, & nuperus Fragmenti Petroniani (ſi Diis placet) editor, dum legit: *Obiter & fœdiſſimi ſervi minorem nobis æſtum infrequentia ſua faciunt*: At ubi illæ menſæ? unam certum eſt fuiſſe, non plures, apud quam Trimalcio cum convivis accumbebat; ipſo narrationis initio. *Nam jam omnes diſcubuerant præter ipſum Trimalcionem, cui locus novo more primus ſervabatur.* Georgius Erhardus putat vulgatam lectionem intelligi & tolerari poſſe: ô ſi explicaſſet, quam gratiam iniſſet ab omnibus! nam ego me quidem ad illam interpretandam Davum eſſe, non Oedipum fateor: ſed diligenter penſitatis omnibus, & ad examen non tralatitie revocatis fingebam: *Itaque juſſit ſenex ſuum cuique penſum aſſignari: obediunt ei paratiſſimi ſervi, & minorem nobis æſtum ſua infrequentia faciunt.* Ita *paratiſſimum puerum* legas in ſuperioribus: *paratiſſimus puer non*

non minus me acido cantico accepit: nam quod alii emendant *fœdiſſimi*, nequaquam convenire arbitror: hæccine erant illæ lautitiæ, propter quas Dominus Trimalcio laudabatur? hæ illæ munditiæ, propter quas cœna in rumoribus erat, ut ſervi à neglecto ornatu *fœdi* poſſent vocari, ut contra communem morem miniſtratores, & Symphoniaci eſſent ſordidi? Credat Judæus Apella, non ego, qui ſciam aliter conſueſſe veteres: *Nequiſſimi* poſſet tolerari, quod ut propius cum editis convenit, ita nec abjiciendum videtur: & ſi quis vel *nequiſſimi* vel *paratiſſimi* amplectatur, nullus repugnabo: dicit igitur Petronius: Trimalcionem juſſiſſe, & injunxiſſe ſingulis quid facere deberent: nam *penſum* licet proprie ſit certa quantitas lanæ, quæ à matrefamilias ancillis dabatur appenſa, ut intra certum tempus & definitum pararetur, ſæpiſſime ad omnia alia tranſfertur, ut ex variis locis apud Plautum alioſque conſtat: nec ſolum quid facere deberent dixit, ſed etiam illam rem agendam dedit, ad quam empti, & cui erant apti, quod non obſcure patet ex illo proverbio: *Equum Mars amat.* In colloquio Senis & Eucolpi. *Itaque Hercule omnium herbarum ſuccos Democritus expreſſit, & ne lapidum virgultorumque vis lateret, ætatem inter experimenta conſumpſit.* Scioppius l. 2. veriſ. c. 8. legit *Itaque argilla Hercule*, in qua tamen conjectura ſe nutare

ait:

ait: & merito, nam vix ita loquuntur Latini, ſed jungunt ſemper *Itaque Hercule.* Petronius alibi: *Itaque Hercules poſtquam tempeſtas manifeſto convaluit*: ut eum locum emendo, lib. 2. c. 18. Terent. Andr. 3, 2, 25. *Itaque Hercule nihil jam mutire audeo.* Atque deeſt aliquid; ſcio, & jam emendatum eo, *itaque certe Hercule*: amant ita loqui Latini. Ter. And. 3, 2, 15. *Certe hercle nunc hic ſe ipſus fallit, haud ego.* 2, 2, 10. *Mea quidem hercle certe in dubio vita eſt*, & Plautus Aſinar. 2, 1, 15. *Certe hercle, ego quantum ex augurio auſpicii intelligo*

Aut mihi in mundo ſunt virgæ aut atrienſi Saureæ.

ita Cicero etiam tres particulas jungit lib. 2. de Leg. *Sane quidem hercle, & eſt iſta recta docendi via.*

Sed ſcin' quid Scioppio impoſuerit? credi mihi, *Expreſſit* cum ſuccos niſi argilla, vel alio vaſe exprimere non poſſimus: Verum ego certus ſum legi hic debere *excuſſit.* Vim & virtutem herbarum exploravit; nam *ſuccos herbarum excutere* nil eſt aliud quam herbas. Seneca ep. 90. *A corporalibus ſe ad incorporalia tranſtulit, veritatemque & argumentum ejus excuſſit.* Quintil. decl. 2. *Nullius unquam judices parricidii magis debuiſtis excutere cauſas.* Ipſe Petronius paulo ante. *Erectus his ſermonibus conſulere prudentiorem cœpi ætates tabularum, & quædam argumenta mihi obſcura, ſimul-*

ſimulque cauſam deſidiæ præſentis excutere, cur pulcherrimæ artes periſſent. Quem locum adduxi, ut & eum & quidem in ea voce corruptum emendem: nam Eucolpius cauſas non *excuſſit* deſidiæ præſentis, ſed *exquiſivit*; Eumolpo illæ partes dantur; lege igitur *exquirere.* Apud eundem in carmine de B. Civili:

Fax ſtellis comitata novis incendia ducit,
Sanguineóque recens deſcendit Iuppiter imbre.

Erat hic cum legerem *repens*: quæ vox frequenter veteribus ponitur pro *repentinus.* Lucretius lib. v.

At pater omnipotens ira tum percitus acri
Magnanimum Phaëtonta repenti fulminis ictu
Deturbavit equis in terram ——

Statius lib. VII. Thebaidos

— — *vociſque repens ſingultus apertum*
Intercluſit iter.

quo ſenſu *vado* apud Phœdrum videor repperiſſe Fab. 74.

Tunc vero vultum magni ut viderunt Iovis,
Totam timentes concacarunt regiam,
Propulſi vero fuſtibus, vadunt foras:

Neque enim mihi fiet veriſimile eos ſervare voluiſſe gentis cujuſdam gravitatem, quæ etiam inter flagra & flagella magnifice incedere dicitur. Nec Græci aliter: apud Euripidem Creon jubet, ut Medea continuo ſe amoveat, & ita loquitur:

Ἕρπ᾽ ὦ ματαία, καὶ μ᾽ ἀπάλλαξον κακῶν.

quod nihil eſt aliud quam *abi cito*, *fuge*. Menelaus apud eundem Andromachen in tragœdia cognomine ſic alloquitur:

Ἀλλ᾽ ἕρπ᾽ ἐς οἴκους τούσδ᾽, ἵν᾽ εἰ ἐλευθέρους
Δούλη γλώσσαν μή ποθ᾽ ὑβρίζειν μάθῃς.

Quod Syracuſiorum & Tarentinorum eſſe notat magnus Scaliger ad Catalecta, quibus ſemper ἕρπειν pro *ire* ponitur: quam ſignificationem etiam nobis ſervavit Heſychius: Ἕρπε, βάδιζε. Ἕρπεν βαδίζει. Sed & alia mihi ſuborta in hoc Petronii loco conjectura, qua potiori jure legebam

Sanguineoque rubens deſcendit Iuppiter imbre.

Cui ſimilis locus hic ex Claud. lib. 1. in Eutrop. v. 4.

Et lapidum duras hyemes, nimboque minacem
Sanguineo rubuiſſe Iovem, puteoſque cruore
Mutatos, viſaſque polo concurrere lunas,
Et geminos ſoles mirari deſinat orbis.

Ita Livius lib. 25. c. 7. hæc conjungit. *Reate ſaxum ingens viſum volitare: Sol rubere ſolito magis, ſanguineoque ſimilis.*

CAP.

CAP. III.

Στολὴ κροκόεσσα apud Euripidem: non fimbriata, ut vult interpres: Scholiaſtæ explicatio rejecta, cujus etiam verba explicata. Veſtis crocea, crocotula. Στολὴ τρυφᾶς. Veſtis delicata.

F*Imbriæ* quid in veſtibus, & quibus adhibitæ docebit Octav. Ferrarius lib. 1. cap. 19. part. 2. de Re veſtiaria. Addere poſſum ſtolas mulierum: docet id Canterus in vertendo verſu 1498 Euripidis in Phœniſſ. *Depoſita ſtola fimbriata deliciarum mearum.* En tibi verba Græca.

Στολίδα κροκόεσσαν ἀνεῖσα τρυφᾶς.

Κροσσοὶ dicuntur *fimbriæ.* Julius Pollux lib. 7. c. 14. Onomaſt. θύσανοι δὲ, οἱ λεγόμενοι κροσσοί. Vocantur & λέγναι & λώματα. Scholiaſtes Callimachi in Dianæ hym. ℣. 12. λέγναι γὰρ, αἱ ὦαι, τὰ λώματα, οἱ κροσσοί. ὅπερ ὅμηρος θυσάνους καλεῖ. locus Homeri eſt Iliad. B. v. 447. ubi brevium Scholiorum Auctor exponit κροσσούς: quanquam λέγναι & λώματα omnes magis veſtium extremitates & limbos ſignificent, κροσσοί vero & θύσανοι, *cirros*, ut Phœdrus ait, *dependentes.* Hæc ſi quis ad examen vocet, &, ſi tanti, conſideret, quomodo à κροσσός derivari poſſit κροκόεσσαν, certus ſum, eum cum Cantero

ſtolas fimbriatas hoc in loco non obtruſurum, accedit quod Arator vetus Poëta apud Pollucem *fimbrias* & *ſtolam* aperte diſtinguat, dum ait

—Παρθένος δ' εἶναι δοκεῖ φορῶν κροσωτοὺς, καὶ
γυναικείαν στολήν.

quod ad tunicas reſtringi poteſt, ſubaudiendo χιτῶνας; nam illarum quædam videntur fimbriatæ fuiſſe: Sane Suidas Κόσυμβον ita exponit: Κόσυμβος καὶ κοσύμβη ἀνάδεσμος, ἢ χιτὼν κροσσωτός. Et Pollux lib. VII. cap. XVI. Καλάσιριν: tunica eſt Ægyptiorum: Καλάσιρις, inquit, χιτὼν θυσσωτὸς Αἰγύπτιος. Nunc Scholiaſtæ verba videamus, qui *fimbrias* quidem non agnoſcit, nec tamen punctum meum fert: τὴν ἐκ κρόκης στολὴν, ait, χαλάσασα, ὥστε γυμνὰ μεῖναι τὰ στήθη. *Stolam ex ſubtemine abjiciens, ut pectus nudum ſit.* Sic ex verbo ad verbum: κρόκη enim *ſubtemen*, vel *tramam* ſignificat. hinc illud elegans Perſii;

——— ——— mihi trama figuræ
Sit reliqua: aſt illi tremat omento popa venter.

Nam trama ſtamini intexebatur. Στολὴ vero ἐκ κρόκης, ſi ſalva lectio, quæ plus ſubteminis quam ſtaminis habet, Græci ὀρθιοστήμην & μανοστήμην vocant: Veſtes vere delicatiores & molliores, unde tales tunicas ſic commendat Tertull. lib. I. de Pallio. *Bene eſt, tamen & vobis habitus aliter olim tunicæ fuere, & quidem in fama de ſubteminis ſtudio, & luminis conſilio, & menſuræ temperamento.* Sed cum à κρόκης

non

non poſſit derivari κροκόεσσαν, niſi η in ο mutetur, etiam hoc diſplicet: & quid quæſo cauſæ ad talia recurrere, ubi explicatio & ratio in medio poſita, ubi & melior ſenſus & res tota ex antiquitate poteſt deduci? κροκόεσσαν στολὴν interpretor *croceam*, vel, ſi mavis, *luteam*. color hic proprius ſtolarum: apud Heſiodum Ἐνύω dicitur hinc κροκόπεπλος. ipſe Euripides Hecub. v. 468.

Η παλλάδος ἐν πόλει
Τᾶς καλλιδίφρου Ἀθα-
ναίας, ἐν κροκέῳ πέπλῳ
Ζεύξομαι ἅρματι πώλους.

In crocea veſte jungam currui equos: adeo ut vix me inhibeam, quin apud Andronem legam κροκωτοὺς, licet non ignorem virum in Græcis verſatiſſimum alia omnia ſentire: eo tamen promptius inclino, cum ſic nonnullos legiſſe Pollux teſtetur: ἔνιοι, ait, γὰρ οὕτω γράφουσιν, ἀντὶ τοῦ κροκωτοὺς: ſi illam autem pro hac voce nonnulli ſubſtituunt, ut ſonant verba Pollucis, ſequitur hanc vocem vel prius natam & genuinam, vel in membranis uſitatiorem. Chæremon apud Athen. lib. 13. p. 608. hunc colorem etiam in peplis agnoſcit.

Κρόκον θ' ὃς ἡλιῶδες εἰς ὑφάσματα
Πέπλων οἰκίας εἴδωλον εἰς-ὀμόργνυται.

Cleomedes lib. 2. cap. 1. τῆς κυκλικῆς θεωρίας. Οὐκ ἀποφθερῆ κακὸν κάθαρμα ἐπὶ τοὺς κροκωτοὺς, καὶ παλλακίδας, μεθ' ὧν ἐπὶ ταῖς κλίναις διημερεύεις.

ῥᾴδεις. *Nonne ibis hinc in malam rem ſcelus? ad crocotas & concubinas cum quibus in lectis totam diem conteres.* Lucianus lib. de Hiſtor. ſcribenda, loquens de Hercule & Omphale: ἐκείνην μὲν τὸν λέοντα αὐτοῦ περιβεβλημένην, καὶ τὸ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσαν, ὡς Ἡρακλέα δῆθεν οὖσαν, αὐτὸν δὲ ἐν κροκωτῷ καὶ πορφυρίδι ἔρια ξαίνοντα. *Videres ipſam pellem leonis indutam, clavam in manu tenentem, ac ſi Hercules eſſet, ipſum vero in crocota & purpura lanam trahentem:* quomodo etiam *crocum & purpuream* jungit Virgilius l. 9. Æneid.

Vobis picta croco & ſplendenti murice veſtis.

Quo colore etiam *tunicæ* fuerunt, Auctor Ciris,

Quæ prius in tenui ſteterat ſuccincta crocota.

qualem tunicam *crocotulam* Plautus vocat Epid. 2, 2, 47.

Quid iſtæ, quæ veſti quotannis nomina inveniunt nova,
Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam, linteolum cæſicium
Induſiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam.

Nunc quod reſtat in Euripidis loco, videamus: ϛολὴν τρυφᾶς: vertit, *deliciarum mearum:* ſed ego, *ſtolam delicatam.* ita enim Latini Suet. Aug. 65. *Relegatæ uſum vini, omnemque delicatiorem veſtem ademit. Delicatum* enim eſt pretioſum, molle, nitidum, ad pompam & oſten-

oſtentationem compoſitum.. apud eundem in vita Vitell. *delicatum navigium.* apud Cicer. lib. 2. ad Att. ep. XIV. *delicatum convivium.* apud Sen. l. 1. de Clem. c. XV. *delicatum exilium.* denique apud Phœd. Fab. LXIII. *delicati hortuli*, quos ibidem *venuſtos* vocat, leguntur. Et ut Euripides, ita fere locutus eſt Ariſtoph. ἐν Ἐκκλησ. in his blandis verbis.

Κύπελλος ἔρνος, μέλιττα Μούσης, χαρίτων θρέμμα;
Τρυφῆς πρόσωπον.

CAP. IV.

Lyſimachi Θεβαϊκά: *verus ejus libri titulus indicatur: Voſſii levis error: Scholiaſtes Apollonii bis emendatus.* Θηβαϊκὰ παράδοξα: ἰσοελκὰ παράδοξα. παράδοξον *quid proprie: Latinis vox ejuſdem vis non eſt.*

GErhardi Johannis Voſſii, viri conſummatæ eruditionis, & quem vere ἔμψυχον βιβλιοθήκην vocare poſſis, verba ſunt in lib. 3. de Hiſtor. Græcis. Lyſimachus Alexandrinus Θεβαϊκὰ ſcripſit oratione ſoluta: ex quorum decimo tertio luculentum de Oedipi ſepultura locum adfert Sophoclis Scholiaſtes in Oedipum Colonæum. & in margine Θηβαϊκὰ interpretatur *Res Thebanas*: nec pote melius. Sed ſcrupulum, quo minus credam hunc verum libri titulum fuiſſe, mihi injicit Euripidis Scholia-

ſtes, qui ad Hippol. vocat Θηβαϊκὰ παράδοξα. Λυσίμαχος δέ φησι ἐν τοῖς Θηβαικοῖς παραδόξοις λ̄ ἀργυρέου τάλαντα ἀπαιτοῦντων ποινὴν ἐπὶ Ἰφίτῳ οὕτως ἐπ' αὐτοὺς Ἡρακλέα στρατεῦσαι. Non adeo mihi placuerim ut negem Auctorem hunc ſcripſiſſe *Res Thebanas:* nam nec verus titulus aliud innuit, licet majus quid complectatur, quod antequam explicem, dicendum fato quodam factum eſſe, ut in unis Thebis omnium ſcelerum ſcena fuerit oſtentata: recenſet ea Seneca v. 385. Herc. Fur.

—— —— Quid matres loquar
Paſſas & auſas ſcelera? quid geminum nefas
Miſtumque nomen conjugis, nati, patris?
Quid bina fratrum caſtra, quid totidem rogos? &c.

Hinc Phocenſes & alii apud Juſtinum l. 11. c. 3. ſuadentes Alexandro Magno Thebarum interitum, *Adjiciunt & ſcelerum priorum fabulas, quibus omnes ſcenas repleverint.* Quo reſpicit etiam Themiſtius Orat. XV. Νυῶ ἢ λίαν στενοὺς αὐτῇ καὶ περιγεγράπλους ὅρους ποιούμενοι τοὺς μὲν Οἰδίποδος υἱέας βδελυττόμεθα ἐν ταῖς τραγῳδίαις ὡς τέρατα καὶ ὀνείδη τῆς φύσεως. *Nunc vero anguſtos admodum, & cancellis quibuſdam circumſcribimus limites huic virtuti ſtatuentes, Oedipodis quidem filios deteſtamur in Tragœdiis ut portenta & probra naturæ.* Quæ omnia talia fuerunt, ut vix fidem apud poſteros inventura ſint, niſi tuta eſſent tot graviſſimorum Scri-

Scriptorum auctoritate. Hic igitur Lyſimachus res geſtas Thebanorum memoriæ mandare in animum induxit: at quem titulum volumini daturus eſt? *Hiſtoriam* ſi nominat, index non advertet Lectorem, nec quicquam egregium habebit: at ſi Θηβαϊκὰ παράδοξα, palam continuo faciet, quas res præcipue tractaturus ſit: Latine ſi vertere velis, circumlocutione utaris neceſſe eſt, *De iis quæ Thebis contra communem opinionem acciderunt*: niſi malis exemplo Ciceronis Latinitate eam donare, & vertere *paradoxa*: vel *incredibilia*, quomodo Palæphatus & Heraclitus περὶ Ἀπίστων ἱστοριῶν ſcripſerunt; quod tamen me permittente non fiet; quippe qui differentiam non levem inter hæc obſervaverim. Nam Ἄπιστα quidem appellarunt veteres quæ nunquam acciderunt, nec ullius temporis hora evenire potuerunt, ut ſunt transformationes hominum in beſtias, arbores, fontes, ſaxa, quibus adde Centauros, Cerberum & cætera innumera: at παράδοξα ſunt, quæ evenere, & vera ſunt, ſed minime probantur, quæ etiam accidere potuiſſe, vix ullus credere poteſt. Eundemque titulum nobis ſervavit Scholiaſtes Apollonii ad lib. 3. Argon. v. 1178. ſed corruptum: Περὶ δὲ Εὐρώπης, inquit, καὶ τῆς Κάδμου εἰς Θήβας παρουσίας Λυσίμαχος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Θηβαϊκῶν παραδόξως συνείλεχε πολλὴν τὴν ὕλην διαφωνοῦσιν. Scribe mecum παραδόξων, ut & in ſequentibus. Περὶ

τῆς Κάδμου εἰς Θήβας παρουσίας Λυσίμαχος ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν Θηβαϊκῶν παραδόξων ἱστορεῖ; ubi etiam male legitur παραδόξως: Nec titulus hic inſolens adeo; nam & Myrſilum quendam ἱστορικὰ παράδοξα ſcripſiſſe teſtis eſt Athenæus lib. 13. Deipnoſop. extremo. τὸν δὲ στέφανον αὐτοῖς δίδοσθαι μυρσίνης ἱστορεῖ Μύρσιλος ἐν Ἱστορικοῖς παραδόξοις: vertunt, *in hiſtoriis minus credibilibus:* & exſtat hodie συναγωγὴ ἱστοριῶν παραδόξων Antigoni Caryſtii. Παράδοξον enim eſt, quod ut fieri poſſit, quis vix credere poteſt; Παράδοξος πλειστονίκης dicebatur, qui eodem die binis ſpectaculis viciſſet, quoniam id rarum & contra communem opinionem. Inſcriptio 10. pag. CCCXIII. apud Gruterum,

ΔΗΜΗΤΡΙΟΝ. ΕΡΜΟΠΟΛΕΙΤΗΝ.
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ. ΠΑΝΚΡΑΤΙΑCΤΗΝ.
ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΗΝ.
ΠΑΛΑΙCΤΗΝ ΠΑΡΑΔΟΞΟΝ.
ΑΛΕΙΠΤΟΝ,
ΤΟΝ. ΑΡΧΙΕΡΕΑ.

Demetrium Hermopolitem
Alexandrinum, omnis luctæ peritum, undique victorem
Luctatorem admirabilem, indefeſſum
Pontificem ———

Et mare vocant παράδοξον, vel quia nemo æſtus ejus & receſſus excutere poteſt; vel quia παράδοξα animalia gignit. Themiſtius orat. 7. ἢ τινί με ἄλλῳ δοκεῖτε πρὸς τὸν πίθον ὑπάγεσθαι, πότερον τῇ

τῇ παραδόξῳ ταύτῃ ϗ μακρᾷ θαλάττῃ. *Nam qua tandem alia de cauſa putatis me in tantum veſtri deſiderium inductum? num admirabili hoc & longiſſimo mari?* Utroque loco τὸ *admirabile* non ſatis exprimit vim Græcæ dictionis: Nec Latini nomen proprium habent, de quo audi Plinium l. 9. ep. 26. *Sunt enim maxime mirabilia quæ maximè inſperata, maxime periculoſa, atque Græci magis exprimunt, παράδοξα, quæ grandi ſunt ſubjecta diſcrimini.* Hac de voce ſic Conſultus Chirius Rhetor lib. 3. Rhetor. *Paradoxon quod nos opinionis malæ poſſumus dicere: tametſi quidam parum diligenter Græce loquentes Paradoxa pro his, quæ ſunt bonæ opinionis accipiunt. Vnde etiam vulgo Olympionicas, & cæteros victores ſacrorum certaminum Paradoxos vocant, magis conſuetudine quam ratione ducti.* Ut legitur hic locus apud Scalig. lib. v. de Emend. Temp.

CAP. V.

Ἰσχνός *character: Servius errare oſtenditur:* Gracilis Horatius, *Auctor carminis ad Piſonem expoſitus: Suetonius explicatus*, corpus de *pinguedine*, facere corpus, facere rem, amittere corpus, deducere carmen, gracile marmor.

RHetores antiqui tres characteres dicendi; tam in ſoluta quam in ligata oratione ſtatuerunt,

tuerunt, quos Latini, *Vberem*, *gracilem*, *medium*, Græci ἁδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον vocant: quæ omnia dicendi genera in laude ponuntur: quare errare Servium, Grammaticorum facile Principem, crediderim, qui ἰσχνὸν χαρακτῆρα exponit *humilem*: ita enim commentatur ad l. 1. Æneid. v. 705. *Humilis Character, qui ἰσχνὸς dicitur: vilia enim deſcribuntur*: ſed ego vix credulus Virgilium humili charactere, qui in vitio ponitur, in tanto Poëmate uſum eſſe: *gracilem* quapropter vel *tenuem* vel *ſubmiſſum* dicerem potius, cum Græca vox ita vertatur à Gellio l. 7. c. 14. quem operæ pretium eſt audire. *Et in carmine*, inquit, *&* *in ſoluta oratione genera dicendi probabilia ſunt tria, quæ Græci* χαρακτῆρας *vocant, nominaque eis fecerunt apponi*, ἁδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον. *Nos quem primo poſuimus* UBEREM *vocamus, ſecundum* GRACILEM, *tertium* MEDIOCREM. Subjungit continuo: *uberi dignitas atque amplitudo ineſt, gracili venuſtas & ſubtilitas, medius in confinio utriuſque modi particeps. Si gracilis character* venuſtatem & leporem parit, nullo modo *humilis* vocari poteſt: *humilis* enim *ſtilus* dicitur, qui repit & languet; nec vitium virtuti huic vicinum, quo ſqualens & jejuna oratio pro *gracili* ponitur, in Virgilio locum habet, cum dictio ſit terſa & pura: præterea τὸ ἰσχνὸν ſemper laudatur. Theon. Sophiſta c. 2. Progymnaſm. εὕροις δ' ἂν καὶ ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας Δημοσθένους, ἰσχνὸν καὶ γλα-

καὶ γλαφυρὸν διήγημα. Verte, *gracilem*, ſeu *ſubtilem ac politam orationem. Gracilem* tamen eligerem, cum vox hæc pari elegantia Latinis ponatur. Auctor carminis ad Piſonem:

——— ——— Mœcenas alta Tonantis
Eruit, & populis oſtendit nomina Grajis.
Carmina Romanis etiam reſonantia chordis
Auſoniamque chelyn gracilis patefecit Horati.

Erat hic, neque enim diffitear, cum legerem *facilis*: vel ad ipſum Horatium, ſeu ſtaturam ejus referebam, cum fuerit habitu corporis brevis: verum me ipſe admonens, *gracilem* non de dignitate aut brevitate ſtaturæ dici, ſed de macilentia, ut Terent. Eun. 2, 3, 22.

Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum: quas matres ſtudent,
Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, ut graciles ſient.

hoc ſtatim rejeci, maxime quia ipſe Horatius ſe ut bene curatum & obeſum celebret lib. 1. Epiſtola 4.

Me pinguem & nitidum bene curata cute viſes,
Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.

quam conſtitutionem corporis Epicurei vocant σαρκὸς εὐστάθειαν teſte Plutarcho libro ὑγιεινῶν παραγγελμάτων. Sic enim ille ſcribit Ἐπίκουρόν τε καὶ τοὺς περὶ Ἐπίκουρον οὐδὲν ὤνησε πρὸς τὴν ὑμνουμένην σαρκὸς εὐστάθειαν, ἡ πάσης καὶ φιλοτιμίαν ἐχούσης πράξεως ἀπόδεξις. quod eſt interprete

Era-

Eraſmo: *Neque quicquam Epicuro profuit aut Epicureis ad eam quam tantopere laudant bonam corporis conſtitutionem, quod omnem rerum adminiſtrationem & ambitionem fugerunt.* quam tamen vocem ut minus probam reprehendit Phrynichus in Eclogis Dict. Atticarum: εὐστάθεια, inquit, καὶ εὐσταθὴς πόθεν καὶ ταῦτα εἰς τὴν τῶν Ἑλλήνων φωνὴν εἰσεῤῥύη, ἀδοκιμώτατα ὄντα φροντίδος ἄξιον, vultque ut pro eo dicatur ἐμβρίθεια καὶ ἐμβριθής. Ἀλλὰ, inquit, σὺ ἐμβρίθεια λέγε καὶ ἐμβριθής. Hoc autem de Horatio non obſcure ſignificat Auguſtus in quadam ad eum epiſtola: *Sed ſi tibi*, inquit, *ſtatura deeſt, corpuſculum non deeſt.* Annus eſt, ex quo ferram hic reciprocant illuſtria ingenia, & vera corcula; Iſaacus Caſaubonus conjecit, *venter abunde eſt*, cujus veſtigiis inſiſtens Salmaſius format c. 10. de Modo Uſur. *ventris abunde eſt:* quæ inde nata, quia in veteri libro legitur *unde eſt:* ex quo ingenioſiſſime P. Scriverius diductis litteris V. N. *Venter non deeſt* faciebat: ultimum hoc, ſi inventis acquieſcerem, facile punctum meum ferat, præſertim cum & paulo poſt *ventriculi* mentio fiat: ſed cum hæc mihi non ſatisfaciant, cœpi de explicatione τοῦ *corpuſculum* cogitare, quam videor reperiſſe. Offendit viros doctos non obſervatus hujus vocis uſus, & cum ad pinguedinem referri debuiſſet, de ſtatura intellexerunt, ut cum dicitur homo *magni corporis*, ſeu *magnæ ſtaturæ*: verum

rum *corpus* Latinis interdum pinguedinem & craſſitiem notat, ut apud Phædrum Fab. 46. *facere corpus*,

Vt reſtiterunt, unde ſic quæſo nites?
Aut quo cibo feciſti tantum corporis?

Nihil eſt aliud, quam ex quo cibo tantam pinguedinem contraxiſti? Idque ea ratione, ut hoc ὡς ἐν παρόδῳ moneam, dictum, qua Ter. Adelph. 2, 2, 12. *facere rem* pro acquirere vel parare poſuit: *Nunquam rem facies* id eſt, nunquam divitias parabis, quod & abſolute *facere* eſt 5, 5, 15.

——— *dum ſtudeo illis ut quam plurimum*
Facerem, contrivi in terendo vitam atque ætatem meam.

Ita, *amittere corpus* eſt maceſcere apud Ciceron. l. 7. Fam. 26. *Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam. Nam & vires, & corpus amiſi, ſed ſi morbum depulero, facile, ut ſpero, illa revocabo.* Et apud Quintil. decl. 8. *membra ſine corpore* ſunt macilenta: Auguſtus, ut etiam ad brevem Horatii ſtaturam alluderet, *corpuſculum* non minori elegantia dixit.

Præterea, ut eo unde digreſſa eſt, ſe convertat oratio, *gracilem Thaliam* dixit Auctor Culicis,

Luſimus, Octavi, gracili modulante Thalia.

Et Virgilius,

Ille ego qui quondam gracili modulatus avena
Carmen ———

Nec

Nec quis mihi dicat, ibi in vitio poni vocem hanc, cum Auctor carminis ad Piſonem dicat de Virgilio,

Forſitan illius nemoris latuiſſet in umbra
Quod canit & ſterili tantum cantaſſet avena.

Reſpicit enim ibi ad materiam, quæ vilis ſatis & ſterilis, ſi cum iis comparentur, quæ in Æneide ſcripſit. Et ut Poëtæ carmina ſua filis cæteriſque artis textoriæ inſtrumentis ſolent conferre, ita & hanc vocem inde petiverunt: Ovid. l. 6. Met.

Haud mora: conſtituunt diverſis partibus ambæ
Et gracili geminas intendunt ſtamine telas.

Inde enim ſumptum eſt *deductum carmen* apud Catull. carm. LXV. *tenuare carmina* apud Propert. l. 3. Eleg. 1. *& brevitatis tenuiſſimæ in epiſtola elegantiſſimum filum* apud Gell. 20. v. Niſi quis velit è lapidicinis tranſlatam, cum *gracile marmor* dicatur quod eſt glabrum & lævigatum, quod digitos percurrentes non offendit. Ita enim illud interpretor apud Plin. l. 5. ep. VI. *E ſtibadio aqua*, inquit, *velut expreſſa cubantium pondere ſipunculis effluit, cavato lapide ſuſcipitur, gracili marmore continetur, atque ita occulte temperatur, ut impleat, nec redundet.* Sed alterum mihi potius videtur.

CAP.

CAP. VI.

Ταινίαι: Servio nomen proprium reſtitutum: Iſidori error oſtenſus: Suidas explicatus; πεζίπα, Portus notatus, & interpres Pollucis: Suidas correctus. Chæremon Tragicus.

TAινίαι, vox generalis, & ſignificat linum, *quod in tenues & longas partes eſt diſſectum* Suidas: Ταινίαι: λῖνα ἐς λεπτὰ διακεκομμένα: quem locum de ſepulchralibus faſciis intelligendum eſſe ſequentia monent: & faſciis proprium quaſi vocabulum hoc, quibus virgines papillarum tumorem coërcebant. Anacreon carmin. 20. καὶ ταινίη ἡ μαστῶν. Pollux libr. 7. cap. 14. Onomaſt. τὸ ἡ τῶν μαστῶν τῶν γυναικείων ζῶσμα, ταινίαν ὠνόμαζον καὶ ταινίδιον: Latini vocant *faſciolas*, & *ſtrophia*. Catullus:

Non tereti ſtrophio lactentes vincta papillas,

quem verſum ideo adduco, ut errare Iſidorum oſtendam, qui eum lib. 19. c. 33. *Cinnæ* tribuit. Quæ vox Latina lapſu temporis Græca facta eſt, ut alia plurima; & φασκίαν uſurpare voluerunt, pro quo ſecus ταινίαν dicere debuiſſent, Euſtathius ad Dionyſii Periegeſim: τὰ γάδειρα ἡ νῆσος πλησίον ἐ ὠκεανῦ παραμήκης κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὡς οἷα ταινία, τουτέστι καθάπερ ὑφάσματος τμῆμα στενὸν ἢ μεμηκεσμένον, ὅπερ ἡμεῖς φασκίαν φαμέν. Scholiaſtes Ariſtophanis in

 Plu-

Plutum: Ταινία, ἢ ϛενόν τι ϗ ἐπιμήκες ὕφασμα, κοινότερον ἢ εἰπεῖν φασκία. Reperiturque etiam apud Heſychium; Τελαμὼν λῶρ☉ ϗ ὁ ἀναφορεὺς ϖ ξίφȣς, ϗ τῆς ἀσπίδ☉, ἢ δεσμὸς ἢ φασκία. Et apud Moſchopulum: Κειρία ὁ τῶν νηπίων δεσμός. ἤγȣν ἡ κοινῶς φασκία καὶ ἡ δεσμȣ̃σι τȣ̀ς νεκρȣ́ς. Præterea *ταινίαι corona*: Suidas: ταινίαι, ἐπὶ μὲν ἀνθρώπων τὰ πεζίτα, ϛέμματα, ϛεφάνη, ubi per πεζίτα nihil aliud intelligi credo, quam πέζαν ſeu *limbum* in infima tunica, quam alii ᾤαν dicunt, ut notat Scholiaſtes Apollon. ad lib. 4. Argon. ℣. XLVI. πεζίδες etiam vocantur, ut patet ex Pollucis lib. 7. cap. XIV. ubi peſſimo exemplo ſemper *fimbriæ* redduntur. nam hæc toto cælo diverſa: Portus τὰ πεζίτα ignoravit, dum reddere auſus non eſt: Faſciæ, inquit, quæ vulgo vocantur τὰ πεζίτα. Niſi malis & hanc vocem *coronam* ſignificare: ita enim alibi: πεζίτα ϛέμματα ἐπὶ ἀνθρώπων, ϛεφάνη, ζώνη, ἐπὶ ἢ ξύλων τὰ κυμάτια. Cujus rei rationes videri poſſunt apud Claud. Salmaſium ad Hiſt. Auguſtam. Has autem ταινίας à corona diſtinguit Ennius apud Feſtum: *Volans de cælo cum corona & tæniis*: recte, ſi quid video, nam ταινίαι non fuerunt corona, ſed lemniſci quæ à coronis dependebant. Servius ad v. Æneid. v. 269. *Vittis roſeis*: *& ſignificat lemniſcatas coronas, quæ ſunt de frondibus & diſcoloribus faſciis, &, ſicut Varro dicit, magni honoris ſunt*. Sed hæc corrupta, & *Varro* in aliud

nomen

nomen mutandus, quod affirmo eſſe *Verrius*: Marcus nempe Verrius Flaccus, cujus vitam Suetonius conſcripſit, & cujus nonnulla apud Feſtum, Plinium alioſque fragmenta habemus: Auctor & fundus mihi hujus emendationis Feſtus, dum ait, *Tænias Græcorum vocem ſic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum eſſe laneum capitis honorati.* Apud eundem Suidam hodie legitur. χαιρήμων. κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι ταῦτα. Τραυματίας. ὡς Ἀθήναιός φησιν. οὐρεὺς. Ἀλφησίβοια. Κένταυρος. Διόνυσος. Ὀδυσσεὺς. θυέστης. μινύαι. Comicus vocatur, cum tamen dramata illa omnia tragœdiæ materiam præbuerint, unde etiam ab aliis τραγικός vocatur, ut ab Athenæo lib. 2. τὸ ὕδωρ ποταμοῦ σῶμα φησί που Εὔβουλος ὁ κωμῳδοποιὸς εἰρηκέναι χαιρήμονα τὸν τραγικόν. & rurſus lib. 13. Θεόφραστος δ᾽ ἐν τῷ Ἐρωτικῷ, χαιρήμονά φησι τὸν τραγικὸν λέγειν, ὡς τὸν οἶνον τῶν χρωμένων κεράννυσθαι, οὕτως καὶ τὸν ἔρωτα. quem locum reſpexit Suidas. nam ſtatim ejus τραυματίας citatur, quam fabulam peſſime Theophraſto adſcribunt ii qui indicem Auctorum conſarcinarunt. Sed facile vitio memoriæ poteſt accidiſſe ut quis Tragicus cum ſit, Comicus vocetur: Inter fabulas autem ejus οὐρεύς recenſetur, corruptiſſime: nam legendum Οἰνεύς, cujus hiſtoria peti poteſt ex libro VIII. Metamorph. Ovidii. Ejuſque eo nomine fabulam laudat Athenæus lib. XIII. ὁ γοῦν τοῦ τραγικοῦ Χαιρήμονος

οἰνεύς περὶ παρθένων τινῶν διηγούμενος, ὧν ἐθεάσατο, φησὶν ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι. *Apud Chæremonem tragicum Oeneus de quibuſdam virginibus, quas viderat, in fabula ejuſdem nominis loquitur.*

CAP. VII.

Voces nonnullæ veteribus latiori ſenſu uſurpatæ, quam hodie ſolent. Γυμνός *&* nudus *de iis qui veſtibus erant induti. Suetonius explicatus:* γράμμα *de ſtatua apud Ælianum:* Γυμνῆτες ἱππεῖς *apud Euripidem.* ὁπλῖται, *proprie de pedeſtribus copiis gravi armatura inſtructis.* Sepelire *tam de combuſtione, quam humatione, aliove condendi funeris ritu, ut &* ſepulchrum, *&* ſepultura: *Simili ſenſu* θάπτειν: igne ſepelire, πυρὶ θάπτειν. *Multi Auctorum loci explicati.*

VOcabula ſunt, quæ hodie brevibus circumſcripta finibus, olim latiorem uſum obtinuerunt, quæ noſcere non minimi intereſt, cum Auctorum loci, ignorata hac loquendi ratione, nobis non minus difficiles quam rari videantur. Quotuſquiſque enim hodie eſt, cui γυμνὸς vel *nudus* poneretur de homine veſtito tunica, cui nihil ad ornandum deeſt quam pallium vel toga? ita tamen Antiquos illos locutos fidem faciet Auctor de viris illuſt. *Ad*

quem

quem miſſi legati (loquitur de L. Q. Cincinnato) *nudum eum arantem trans Tiberim offenderunt*. Neque enim *nudus*, ſed tunica erat indutus. Nam Livius ait eum juſſiſſe uxorem Raciliam, togam è tugurio proferre, eaque velatum proceſſiſſe, & tum temporis toga tantum & unica tunica (quæ poſtea adinventa altera *interula* dicta eſt) Romani veſtiebantur. Hinc Virgilius,

Nudus ara, ſere nudus: hyems ignava colono

ubi notat Servius: *id eſt, adeo ſereno cælo, ut veſtimentis non egeas*, quæ aratori erant unica tunica, ut patet ex Nummo quem exhibet vir præſtantiſſimus Petrus Seguinus Abbas Fidemienſis, & Canonicorum Sancti Germani Altiſſiodorenſis Decanus, cujus & humanitatem & rei Antiquariæ peritiam Pariſiis & veneratus & admiratus ſum.



Hinc interpretandus D. Matthæus cap. 24. ℣. 18. Καὶ οἱ ἐν ἀγρῷ μὴ ἐπιστρεψάτω ὀπίσω ἆραι τὰ ἱμάτια αὐτοῦ. *Et qui in agro, non revertatur*

ut ſumat veſtimenta ſua. Id eſt, qui opus facit, non redeat domum, ut ἱμάτια ſeu *veſtes exteriores* ſumat. Ita Ariſtophanes ἐν Ἐκκλησιαζούσαις:

Μετὰ τοῦτον Εὐαίων ὁ δεξιώτατος
Παρῆλθε γυμνὸς, ὡς ἐδόκει τοῖς πλείοσιν,
Αὐτός γε μὲν τ' οὐ φάσκεν ἱμάτιον ἔχειν
Κἄπειτ' ἔλεξε δημοτικωτάτους λόγους.

quod eſt vertente elegantiſſimo Fabro:

Poſt hunc Evæon ille ingenioſiſſimus
Acceſſit nudus, ut quidem pleriſque videbatur,
Ipſe enim negabat ſe pallium habere,
Deinde orationem habuit maxime popularem.

Hinc Romani *nudum pectus* dixerunt, cum toga dejecta pectus oſtenderent. Suet. Aug. 52. *Dictaturam magna vi offerente populo, genu nixus, dejecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus eſt.* Quem tamen duas tunicas ex more ſolenni geſtaſſe credibile eſt. Præterea Græcis γυμνὸς dicitur qui non eſt *armatus*, atque eo ſenſu oppoſite ad armatos, etiam de iis uſurpatur, qui omnibus veſtibus & indutus & ornatus eſt. Ælian. lib. 6. cap. 11. Γέλων ἐν Ἱμέρᾳ νικήσας Καρχηδονίους, Πᾶσαν ἐφ' ἑαυτὸν τὴν Σικελίαν ἐποιήσατο, εἶτα ἐλθὼν εἰς τὴν ἀγορὰν γυμνὸς, ἔφατο ἀποδιδόναι πολίταις τὴν ἀρχήν. Qua re cives ita commoti ſunt, ut imperium ipſi decernerent, & ſtatuam ejus nudam in Junonis templo collocarent: διὰ ταῦτά τοι καὶ ἐν

τῷ τῆς Σικελίας Ἥρας ναῷ ἕστηκεν αὐτὸν εἰκὼν, γυμνὸν αὐτὸν δεικνῦσα, καὶ ὡμολόγει τὴν πρᾶξιν τοῦ Γέλωνος τὸ γράμμα: *quæ* poſtrema male vertet Vultejus, *& pictura factum Gelonis ob oculos ponit*: Neque enim pictura erat ſed *ſtatua*: an igitur *inſcriptio* per τὸ γράμμα ſignificatur? cum veriſimile ſit actionem hanc, utpote cauſam poſitæ ſtatuæ, baſi inſcriptam fuiſſe: an vero γράμμα eſt ipſa ſtatua? cum γράφειν & γράμμα non de ſola pictura ponatur, ſed etiam de aliis effingendi modis, hinc πλαστογράφος & aliæ. Sed & in bello ipſo alius inſuper hujus vocis uſus, poniturque de illis qui armati quidem ſed non juſta armatura erant, ſeu qui ſcutum, gladium & thoracem non habebant, licet fundis eſſent inſtructi: Γυμνῆτες vocantur, quod nomen κατ' ἐξοχὴν datum eſt funditoribus Inſularum Balearium, quæ & ipſæ inde Γυμνησίαι dictæ ſunt: occurrit & hæc vox apud Euripidem in Phœniſ. verſu 1154, ubi deſcribit oppugnationem Thebarum factam per Polynicera fratrem Eteoclis.

—— ὡς δ' ἐνικῶμεν μάχῃ
Ἔκλαγξε Τυδεὺς, καὶ σὸς ἐξαίφνης γόνος
Ὦ τέκνα Δαναῶν, πρὶν κατεξάνθαι βολαῖς,
Τί μέλλετ' ἄρδην πάντες ἐμπίπτειν πύλαις
Γυμνῆτες ἱππεῖς, ἁρμάτων τ' ἐπιστάται.

Quos verſus ſic reddit doctiſſimus Canterus:

 Cum

Cum autem eſſemus ſuperiores pugna
Clamavit Tydeus, & tuus derepente filius:
O filii Danaum, priuſquam laceremur jactibus,
Quid cunctamini ſimul omnes irruere in portas,
Levis armaturæ equites, & gubernatores curruum.

Quem locum & interpretationem cum perpendo, cauſam mihi dari ſedulo velim, cur *pedites* omiſſi ſint, quorum tamen maximus in ſuperandis portis muriſque urbis uſus: quare nonnunquam mihi ſuſpicio orta eſt hæc verba ita diſtinguenda,

Γυμνῆτες, ἱππεῖς.

—— *levis armaturæ milites, equites,*

& milites eo modo armatos recte Scholiaſtes exponit *funditores & jaculatores*: Γυμνῆτες δὲ οἱ σφενδονῆται καὶ οἱ τοξόται: ubi obſervare licet eum non addere ἱππεῖς, neque etiam video, quomodo equites potuerint eſſe funditores & jaculatores. Atque ita Appianus levem armaturam & equites diſtinguit. μέρος ἕκαστον, ait, αὐτῶν εἶχε τοὺς πεζοὺς ἐν μέσῳ, τοὺς δὲ ψιλοὺς καὶ ἱππέας ἑκατέρωθεν. *Quæque pars habebat pedites in medio, leves & equites utrinque in cornibus.* Fuerunt tamen Γυμνῆτες equites, quibus qui opponebantur vocabantur ὁπλῖται, qui ſcil. gravi & juſta armatura erant induti, qui ſcutum & gladium gerebant, quæ Græci κατ' ἐξοχὴν

ἐξοχὴν ὅπλα ut & Latini *arma* vocabant. Horum equitum mentio apud eundem Euripid. Phœniſ. ℣. 1198.

> Οἱ δ' αὖ παρ' ἡμῶν δεξιὸν Διὸς πέρας
> Ἰδόντες, ἐξήλαυνον ἁρμάτων ὄχους
> Ἱππεῖς ὁπλῖται. ——— ———
> *Noſtri vero viciſſim dextrum Iovis ſignum*
> *Videntes, eduxerunt currus*
> *Equites graviter armati.*

Qui ſecus una voce elegantiſſime ἱππότοι vocantur. Themiſtius Orat. 1. νυνὶ δὲ ἤδη τινὲς ὑπὸ θράσους μεταβαίνουσιν ἐκ τῶν τάξεων ἀνάμιξ δι' ἀγκύλων ἱππόται. *Nunc autem aliqui præ temeritate ab ſuis in alios ordines tranſeunt, promiſcue inter jaculatores equites.* Nam paulo poſt jaculatores γυμνοὺς vocat, equites vero περιφραγμένους. Addunt autem vocabulum ἱππεῖς, quia ὁπλῖται, quando vox hæc ſola ponitur, ſunt milites ſeu pedites graviter armati; quos Gloſſæ *Armites* vocant, ut; *Armites* ὁπλῖται οἱ ἐν ἐσχάτῃ τάξει: idque certum eſſe teſtem adducam eundem Themiſt. cujus verba ſunt ex Orat. 14. Καὶ οἱ μὲν ὁπλῖται ἑστήκασι κεκλιμένοι ἐπὶ τῶν ἀσπίδων, οἱ δὲ ἱππεῖς ἐγκεχαλινωμένοι τοὺς ἵππους, οἱ δὲ τοξόται τὰ τόξα ἀνέντες, οἱ δὲ σφενδονῆται χαλάζαντες τὰς σφενδόνας. *Et interim quidem adſtant hinc clypeis innixi gravioris armaturæ milites, inde equites frenatis equis, hinc ſagittarii remiſſis arcubus, inde funditores laxatis fundarum habenis.* Et rurſus Orat. 16. οὐ τρέ-

φοντες ἐδὲ παραγωνιζόντες, ὁπλίτας ἐσομένους τύχον ἢ σφενδονήτας ἢ γυμνίτας. *Neque eos nutriant, nec gravis armaturæ milites forſitan futuros, aut funditores aut velites ad illius uſum præparent.* Eos autem ita vocari dixi, quia *ſcutum* & *gladium* Latini per excellentiam *arma* Græci ὅπλα vocant. hinc ea tam frequenter à telis & haſtis diſtinguunt Auctores. Ovidius 9. Metam. ꝟ. 200.

Sed nova peſtis adeſt, cui nec virtute reſiſti
Nec telis armiſve poteſt —— ——

Et rurſus alio loco:

Sunt illi celereſque pilo, jaculumque trochique
Armaque & in gyros ire coactus eques.

Illudque eſt *armorum exercitium*, quo ſcutum & gladius comprehenſum fuit. Suet. Domit. 19. *Armorum nullo, ſagittarum vel præcipuo ſtudio tenebatur*: quo indicat Domitianum exercitia in armis ludoſque campeſtres ſpreviſſe. Ita interpretandus Florus lib. 1. cap. 10. *Ponte reciſo tranſnatat Tiberim nec arma dimittit*, quare eum *armatum* exiſſe ait Seneca Epiſt. 120. *Non minus ſollicitus ut armatus, quam ut ſalvus exiret.* Et ita Euripides initio Hecubæ ὅπλα ab haſta diſtinguit.

— — ὃ γὰρ φέρειν ὅπλα
Οὔτ᾽ ἔγχος οἷοί τ᾽ ἦν νέῳ βραχίονι.

Præcipue tamen clypei per *arma* intelliguntur. Liv. lib. 28. cap. 36. *Ad duo millia armorum inventa.*

Gloſſæ optimæ: *clypeus*, ἀσπὶς, τὸ ὅπλον. Ita ſcuta Saliorum, quæ Latini *Ancilia* vocant, Græcis ὅπλα: Eædem Gloſſæ: *Salius*, ὁ τὰ διοπετῆ ὅπλα θεραπεύων, ὑμνῳδὸς, πρύτανις. Idque adeo verum eſt, ut Græci ὅπλα ponant, cum pedites deſignant. Eurip. Phœniſ. ✝. 113.

Πολλοῖς μὲν ἵπποις, μυρίοις δ' ὅπλοις βρέμων.
Inſtructus magno equitatu & multis peditibus fremens. Quo fere ſenſu *arma* apud Liv. l. 10. cap. 4. leguntur. *Ibi abditis armis, pecus in conſpectu præſidii Romani, cui præerat Cn. Fulvius legatus, propulſum*, id eſt, armatis. Et pedites inde ἀσπιδηφόροι vocantur, idem ✝. 1103.

——— ἱππότας μὲν ἱππόταις
Ἔταξ', ὁπλίτας δ' ἀσπιδηφόροις ἔπι.
——— *Equites quidem ad equites*
Ordinavit, & pedites ad pedites.

Idem fatum paſſa eſt vox *ſepelire*: nam omnes hodie eam uſurpant, & uſurpatam veteribus ſolummodo credunt, quando terra cadavera obruuntur, cum etiam de combuſtione omnibuſque ſepulturæ generibus ponatur, puta, quando in mare projiciuntur mortui, quando ſuſpenduntur ex arboribus, quod nonnullos populos feciſſe ſtatim probabimus. Servius ad lib. 11. Æneid. ✝. 185. *Sepulturæ* nomine etiam *combuſtionem* comprehendit: *Quia*, inquit, *apud varias gentes diverſa fuerunt genera ſepul-*

ſepulturæ. Inde eſt quod alii obruuntur, alii exuruntur, alii proprias remittuntur ad patrias. Et hinc explicandus Juſtini elegans locus lib. 15. cap. 2. de Caſſandro. *Deinde ne Hercules Alexandri filius, qui fere annos quatuordecim exceſſerat, favore paterni nominis in regnum Macedoniæ vocaretur, occidi eum tacite cum matre Barſine jubet, corporaque eorum terra obrui, ne cædes ſepultura proderetur.* Uſus hodiernus obfuit, quo minus elegantia hujus loci perciperetur, cum fuerint qui *ſepulturam* hoc loco de humatione interpretati ſint, quod ſi verum eſſet nihil diceret Juſtinus: ſic explica alium locum lib. 8. cap. 4. *Bello conſumptorum corpora ſepulturæ reddidit, reliquiaſque funerum ut ad ſepulchra majorum deferrent, ultro hortatus eſt.* Quam hujus vocis ſignificationem aperte nos docet Plinius lib. 7. cap. 54. *Sepultus*, inquit, *intelligitur quoque modo conditus: humatus vero humo contectus.* Quod exemplis ex Claſſicis Auctoribus petitis clarum fiet. Sic Auctor de viris illuſt. de Q. Cæcilio Metello: *Hic quatuor filiorum pater ſupremo tempore humeris eorum ad ſepulturam elatus eſt: ex quibus treis conſulares, unum etiam triumphantem vidit. Ad ſepulturam* nihil aliud ſignificat, quam ad rogum, ad eum locum ubi cadaver cremandum erat. Ita *ſepulchrum* interdum ipſum buſtum eſt Terent. And. 1, 1.

—— —— *funus interim*

Pro-

Procedit, ſequimur, ad ſepulchrum venimus,
In ignem impoſita eſt; fletur. ——

Ubi non omittendus inſignis error Donati, dum ita commentatur: *Et ſepulchrum dixit futurum, non quod jam eſſet, ſepulchrum enim à ſepeliendo dictum.* Vides, lector, ſepulchrum ad humationem ſolam reſtringit, quod tamen ſecus ſe habuiſſe ſcriptores probent, & omnium elegantiſſime Corn. Nepos, fine Eumenis, ubi & ipſum *humare* de combuſtione uſurpat. *Antigonus autem*, inquit, *Eumenem mortuum, propinquis ejus ſepeliendum tradidit: hi militari honeſto funere, comitante toto exercitu humaverunt.* Nam ſtatim ait oſſa ejus in Cappadociam delata: *Oſſaque ejus in Cappadociam ad matrem atque uxorem liberoſque ejus deportanda curarunt.* Sic Liv. lib. 27. cap. 42. *Spolia legi cæſorum hoſtium, & ſuorum corpora collata in unum ſepeliri juſſit.* Et ſæpius alibi. His ex exemplis clarum quidem fit *ſepelire* & *ſepulturam* veteribus de combuſtione uſurpata, qui etiam hac voce uſi ſunt, quando de quovis alio modo condendi cadavera loquebantur. Sil. Italicus lib. 13.

—— —— *quid qui ſævo ſepelire profundo*
Exanimes mandant Libycis Naſamones in oris.

Plin. lib. 4. cap. 12. *Mors nonniſi ſatietate vitæ epulatis delibutiſque ſenibus luxu ex quadam rupe*

rupe in mare ſalientibus, *hoc genus ſepulturæ beatiſſimum*. Cicer. lib. I. Tuſcul. Quæſt. narrans Hyrcanis in more fuiſſe poſitum mortuos canibus objicere. *In Hyrcania*, inquit, *plebs publicos alit canes*; *optimates domeſticos*. *Nobile autem canum genus ſcimus illud eſſe*. *Sed pro ſua quiſque facultate parat*, *à quibus lanietur*, *eamque optimam illi cenſent eſſe ſepulturam*. Quod etiam teſtatur Juſtin. lib. 41, 13. *Sepultura vulgo aut avium aut canum laniatus eſt*. Quos canes ἐνταφιαστὰς Græci vocant. nam ſic ſcribit Strabo lib. 11. fide Oneſicriti de Sogdianis & Bactrianis. Ἀλλὰ καὶ περὶ τούτων οὐ τὰ βέλτιστα λέγουσιν οἱ περὶ Ὀνησίκριτον, τοὺς γὰρ ἀπειρηκότας διὰ νόσον, ἢ γῆρας ζῶντας παραβάλλεσθαι τρεφομένοις κυσὶν, ἐπίτηδες ἢ πρὸς τοῦτο, οὓς ἐνταφιαστὰς καλοῦσι τῇ πατρῴᾳ γλώττῃ. *Oneſicritus vero de his quoque narrat minime laudanda. Eos enim qui ſenio confecti ſint aut morbo*, *vivos ait projici canibus dedita opera ad hoc nutritis*, *quos ſua lingua entaphiaſtas vocant*. Præterea de iis quæ cruci affiguntur Plautus in Milite:

—— *Crux futura eſt ſepulchrum*
Ubi majores ſunt ſiti, *avus*, *proavus*, *abavus*.

Et de Scythis, qui mortuos ex arboribus ſuſpendebant. Silius Italicus lib. 13.

At gente in Scythica ſuffixa cadavera truncis
Lenta dies ſepelit, *putri liquentia tabo*.

Quod Colchorum proprium fuiſſe narrat Ælianus

nus lib. 4. Ποιχ. c. 1. ubi etiam utitur Græca voce θάπτειν, quam eandem vim & δύναμιν obtinere mox probabimus: Κόλχοι δὲ, inquit, τοὺς νεκροὺς ἐν βύρσαις θάπτουσι καὶ καταῤῥάψαντες ἐκ τῶν δένδρων ἐξαρτῶσι. Quo tamen in more obſervandum diligenter illos viros quidem hoc pacto ſepeliviſſe, mulieres autem terra obruiſſe: Auctor hujus rei mihi eſt Apollonius Rhodius lib. 3. Arg. ϋ. 200.

——— ——— ——— ἔνθα δὲ πολλαὶ
Ἑξείης πρόμαλοί τε καὶ ἰτέαι ἐκπεφύασιν.
Τῶν δ' ἐπ' ἀκροτάτων νέκυες σειρῇσι κρέμανται
Δέσμιοι. εἰσέτι νῦν γὰρ ἄγος Κόλχοισιν ὄρωρεν,
Ἀνέρας οἰχομένους πυρὶ καιέμεν. οὐδ' ἐνὶ γαίῃ
Ἔστι θέμις στείλαντας ὕπερθ' ἐπὶ σῆμα χέεσθαι,
Ἀλλ' ἐν ἀδεψήτοισι κατειλύσαντε βοείαις
Δενδρέων ἐξάπτειν ἑκὰς ἄστεος. ἠέρι δ' ἴσην
Καὶ χθὼν ἔμμορεν αἶσαν ἐπὶ χθονὶ ταρχύουσι
Θηλυτέρας, ἡ γὰρ κεδίκη θεσμοῖο τέτυκται.

Quod ipſum ex Nymphodoro hauſiſſe vult Scholiaſtes: τὰ τῶν ἀρσένων, σώματα οὐ θέμις Κόλχοις οὔτε καίειν οὔτε θάπτειν. βύρσαις δὲ νεαραῖς εἰλοῦντες ἐκρέμων τῶν ἀρσένων τὰ σώματα, τὰ δὲ θήλεα τῇ γῇ ἐδίδοσαν, ὥς φησι Νυμφόδωρος, ᾧ ἠκολούθησε. Atque ita vox hæc ſumi debet apud Petronium in Satyr. *Si bene*, ait, *calculum ponas, ubique naufragium eſt. At enim fluctibus obruto non contigit ſepultura. Tanquam interſit periturum corpus quæ ratio conſumat, ignis, an fluctus, an mora.* Quibus in verbis *ſepul-*

ſepultura ad ignem, *& moram*, i. e. quando cadaver terra conditur, refertur: hæc enim illa mora eſt, quando nempe tractu temporis cadaver in pulverem abit & redigitur, quam moram *vetuſtatem* vocat Ovidius lib. 15. Metam. ỳ. 156.

Corpora ſive rogus flamma, ſeu tabe vetuſtas
Abſtulerit, mala poſſe pati non ulla putetis.
Morte carent animæ. ————

Et paulo poſt apud eundem Petron. *Sepultura* de combuſtione elegantiſſime uſurpatur. *Quæ igitur dementia eſt, omnia facere, ne quid è nobis relinquat ſepultura?* quorum verborum ſenſus hic eſt: cum ſciamus nihil intereſſe, qua ratione corpus conſumatur, humine an ſublime putreſcat, ut loquitur Poëta, quid adeo anxii ſumus, quid nos ita cruciamus, & manibus pedibuſque annitimur ut comburentur cadavera, qua ratione nihil ex illis relinquitur. Quo ſenſu etiam *ſepultura* legitur apud Minutium Felicem verbis paulo poſt citandis. Sed & Græcos ſic locutos fidem fecit modo dictus Æliani locus; cui adde Lucianum in Dialog. Mortuor. pag. 127. edit. Bordel. ubi Mercurio dicenti Menippum ſolum jacere tranquillum, ſic hic reſpondet: ὐδαμῶς, ἀλλ' ἀκούσῃ τῶν κυνῶν μετ' ὀλίγον ὠρυομένων οἴκτιστον ἐπ' ἐμοὶ, καὶ τῶν κοράκων τυπτομένων τοῖς πτεροῖς, ὁπότ' ἂν συνελθόντες θάπτωσί με. *Nequaquam: nam haud ita multo poſt audies canes miſerabiliter latrantes propter me, & cor-*

& corvos alas concutientes, quando ad ſepeliendum me convenient. Imo id quod majus eſt, dixerunt πυρὶ θάπτειν, non ſecus ac Latini *igne ſepelire:* formulæ loquendi rariſſimæ, & elegantiſſimæ, quibus utuntur probatiſſimi tamen auctores. Diogenes Laërtius, ait Magos impium exiſtimare aliquem comburere; περί τε δικαιοσύνης λόγους ποιεῖσθαι, καὶ ἀνόσιον ἡγεῖσθαι πυρὶ θάπτειν. Ælianus lib. 10. cap. 22. de Animal. Βαρκαῖοι, γένος δὲ τοῦτο ἑσπέριον, τῶν ἀποθανόντων νόσῳ τοὺς νεκροὺς ὑβρίζοντες, ὡς ἀνάνδρως καὶ μαλακῶς τεθνεώτων θάπτουσι πυρί. *Barcai, gens eſt Heſperia, ex aliquo morbo mortuos, ut ignaviter defunctos ad notandam mortis ignominiam, comburunt.* Quomodo etiam locutus eſt Minutius Felix in Octavio, apud quem Paganus introducitur rationem reddens, quare Chriſtiani non comburant mortuos, quia ſcilicet credebant mundum igne periturum, & ſe renaſci & reviviſcere poſt mortem & cineres & favillas: *Anceps*, inquit, *malum & gemina dementia! cælo & aſtris quæ ſic relinquimus, ut invenimus, interitum denuntiare: ſibi mortuis extinctis, qui ſicut naſcimur, & interimus, æternitatem repromittere. Inde videlicet & execrantur rogos, & damnant ignium ſepulturam.* Cui criminationi ſic in ſequentibus reſpondetur ab Octavio. *Nec, ut creditis, ullum damnum ſepulturæ timemus, ſed veterem & meliorem conſuetudinem humandi frequentamus.* Ubi *ſepul-*

tura de combuſtione abſolute ponitur. Ita & *ignis ſepelire* aliquem dicitur Manilio lib. 4.

Quis te Niliaco periturum littore, Magne,
Poſt victas Mithridatis opes, pelaguſque receptum
Quum jam etiam poſſes alium cognoſcere magnum
Crederet, ut corpus ſepeliret naufragus ignis.

CAP. VIII.

Superſtitio Ethnicorum in mortis genere: bene mori, *apud Quintilianum & Livium explicatum* καλῶς θανεῖν: κακῶς θανεῖν, κακὸς θάνατος, ἀτίμως θανεῖν: male mori; turpis exitus, gravis tumulus: Exuere hominem, reverti in patrem, induere hominem: *Frater pro animo fratris, eo ſenſu* μήτηρ & ἀδελφὸς *apud Græcos, Longus explicatus.*

CRiticum nunc non agimus, ſi nomen illud, ut hodie putant, ei ſoli convenit, qui auctores corrigit, ſed ſuperſtitionem quendam veterum explicamus, qua ſibi perſuadebant felices illos & ultra communis humanitatis ſortem beatos, qui digniore mortis genere obirent. *Bene mori* id vocat Quintilianus Declam. 12. *Refer nobis ſaltem injuriam noſtram, mitte nuntios: ira famem differemus, rapiemus furentes arma, & ſe in obſidionem civitatis*

vitatis inimicæ ſine delectu populus effundet, vaſtabo interim fines, hoc eſt per aliena prata paſcar. Si qua in villis deprehendero pecora diripiam, bellum me alet. Citius ad frumentum perveniemus, quam tu cum frumento redibis; adjuvabunt pugnantem juſta ſacramenta. Si contigerit æquum fortunæ judicium, non meos tantum commeatus recipiam. Si minus, certe dabitur bene mori. Id eſt, Si fortuna faverit, capiam etiam commeatus hoſtium, ſi vero iniqua, in prælio certe & manu militari me ipſe fortiter defendens cadam. Ita P. Sempronius apud Livium lib. 22. cap. 50. *Non tu: ſiquidem L. Æmilii Conſulis, qui ſe bene mori, quam turpiter vivere maluit, & tot fortiſſimorum virorum, qui circa eum cumulati jacent, cives eſtis.* Æmilius enim cum aufugere ex prælio Cannenſi poſſet, occidi ab hoſtibus maluit. Et milites, reliquiæ cladis Cannenſis apud eundem lib. 25. cap. 6. ſic M. Marcellum alloquuntur. *Non ſolum à patria procul Italiaque ſed ab hoſte etiam relegati ſumus. Ubi ſeneſcamus in exilio, ne qua ſpes, ne qua occaſio abolendæ ignominiæ, ne qua placandæ civium iræ, ne qua denique bene moriendi ſit.* Apud eundem lib. 9. cap. 3. Milites qui ad Furculas Caudinas inter duos ſaltus clauſi erant. *Armati, inermes, fortes, ignavi, pariter omnes capti atque victi ſumus. Ne ferrum quidem ad bene moriendum oblaturus eſt hoſtis, ſedens bellum conficiet.*

Quales obitus *magni* vocantur à Valerio Flacco lib. 1. Argon. ℣. 768.

——— & jam circumſpicit Æſon
Præveniat quo ſine minas, quo fata capeſſat
Digna ſatis: magnos obitus, natumque, domumque
Et genus Æolium, pugnataque poſcere bella.

Atque ut Quintilianus *bene mori*, ita Euripides Hecub. ℣. 329. dixit καλῶς θανεῖν.

Οἱ βάρβαροι δ' μήτε τὺς φίλυς φίλυς
Ἡγεῖσθε, μήτε τὺς καλῶς τεθνηκότας
Θαυμάζεσθ'. ————

Scholiaſtes recte explicat ἐνδόξως καὶ καλῶς ἀποθανόντας τιμᾶτε. Nam καλὸς interdum non tam *pulchrum* ſignificat quam *fortem & ſtrenuum*: hinc καλὸς καὶ ἀγαθὸς tam ſæpe Græcis junguntur, quo ſenſu etiam *pulcher* apud Latinos legitur. Florus lib. 4. cap. 4. *Tum quidem etiam manu pulcher apparuit*, i. e. fortis, expertæ virtutis & fortitudinis, & ita Servius interpretatur illud Virgilii lib. 7. Æneid.

Poſt hos inſignem palma per gramina currum
Victoreſque oſtentat equos, ſatus Hercule pulchro,
Pulcher Aventinus ————

Et Donatus τὸ *pulchre ſobrius* Terentii explicat, *fortiter ac nimis*. Tales autem obitus ſunt, *cadere in bello, occidi à viro forti*, quæ ut non eveniant Peliæ optat Æſon apud Valer. Flacc. lib. 1. ℣. 810.

— date

—— date fallaci pudibunda ſenectæ
Exitia, indecoreſque obitus: non Marte, nec armis,
Aut nati precor ille mei dignatus ut unquam
Enſe cadat —— ——

Quod nihil eſt aliud quam *male & cum dedecore mori*, ut loquitur Dictys Cretenſis lib. 3. de Græcis, qui ſemermi & incompoſiti à Trojanis occiduntur: *Dein occipiente veſpera prælium dirimitur, male & cum dedecore plurimis noſtrorum interfectis.* Dedecus in illo erat, quia ſe defendere non poterant. Si Græcos amas, κακῶς θανεῖν *male mori* dicunt. Lucianus in Peregrino ἐγὼ γὰρ διομοσαίμην ἂν, ἦ μὴν μηδένα τῶν θεῶν ἀγανακτήσειν εἰ Περεγρῖνος κακῶς ἀποθάνοι. *Ego enim jurare non dubitarem, nullum ex Diis ægre laturum ſi Peregrinus male pereat.* Talis mors κακὸς θάνατος dicitur Heliodoro lib. 1. Æthiop. ἐνταῦθα ὡς καθῆκε τὴν Χαρίκλειαν ὁ Κνήμων οὐδὲν φθεγξαμένην ἀλλ' ὥσπερ θανάτῳ τῷ κακῷ βεβλημένην, καὶ ὥσπερ ψυχῆς τοῦ Θεαγένους ἀφῃρημένην ἄπνουν καὶ σιγῶσαν ἀπολιπὼν ἀνεδύετο τοῦ σπηλαίου. Pro quo etiam poſſis dicere ἀτίμως. Sic enim loquitur Euripides Med. ℣. 1208.

Τίς ὧδ' ἀτίμως δαιμόνων σ' ἀπώλεσε.

Quis Deorum tam turpiter te perdidit.

Proprie eſt *ſine honore*. Quando ſcilicet ab ignavis fortes interficiuntur, unde illud Ariſtidis à muſtela morſi apud Ælian. lib. 14. cap. 4.

 dictum

dictum; ὅτι πολὺ ἂν ἥδιον ἦν αὐτῷ δηχθέντι ὑπὸ λέοντος, ἢ παρδάλεως ἀποθανεῖν, εἴπερ οὖν ἔδει τινὸς τῷ θανάτῳ προφάσεως, ἢ ὑπὸ θηρίου τοιούτου. *Multo ſibi jucundiorem mortem futuram fuiſſe, ſi vel ex Leonis vel ex Pardalis morſu obtigiſſet, cum morti ſemper cauſa debeat eſſe, quam ex ejuſmodi contemptæ beſtiæ.* Imo hoc victis erat ſolatium, ſi à fortioribus vincerentur. Achelous apud Ovid. lib. 9. Metamorph. ſic Theſeum, qui cauſſam rogaverat frontis ablato cornu truncatæ alloquitur:

Triſte petis munus. quis enim ſua prælia victus
Commemorare velit? referam tamen ordine. nec tam
Turpe fuit vinci, quam contendiſſe decorum eſt:
Magnaque dat nobis tantus ſolatia victor.

Quod nec ignoravit Darius Perſarum rex, *qui ratus ſe vere victum, cum poſt tot prælia etiam beneficiis ab hoſte ſuperaretur, gratumque ſibi eſſe, ſi vincere nequeat, quod à tali potiſſimum vinceretur*, ut refert Juſtinus lib. 11. cap. 12. Hinc & Ajax apud eundem Ovid. 13. Metam.

Iſte tulit pretium jam nunc certaminis hujus
Quod cum victus erit mecum certaſſe feretur.

Præterea, quando mulier virum ſtrenuum occidit, quod adeo contemptum, ut δοῦλον eum θάνατον Græci dixerint Euripid. Oreſt. ℣. 1172.

— ἀλλ᾽

—— —— ἀλλ᾽ ὅμως
Ῥώμην θεοῦ τιν᾽ ἔχεν, ὃν οὐ καταισχυνῶ,
Δοῦλον παραγχὼν θάνατον,
—— —— *ſed tamen*
Habuit robur à Deo, quem non afficiam dedecore
Oppetens ſervilem mortem ——

Loquitur Oreſtes de Agamemnone à Clytemneſtra occiſi: Ubi illud ῥώμην θεοῦ malim vertere, *habuit robur quoddam Dei*, quam, *à Deo:* ita enim prædicat eum filius, ut quoad robur Deos æquaſſe videatur: nam etſi viro damnum aliquod vel contumelia à muliere inferebatur, erat turpiſſimum: hinc illæ Polymneſtoris lachrymæ apud Euripid. in Hecub. ỳ. 1252.

Οἴμοι, γυναικὸς, ὡς ἔοιχ᾽ ἡσσώμενος,
Δούλης, ὑφέξω τοῖς κακίοσι δίκην.
Hei mihi à muliere, ut videtur, victus,
Serva, dabo deterioribus pœnam.

His adjice eos, qui mari vel fluctibus hauriebantur: Δεινὸν δ᾽ ἐστὶ, ait Aſcræus vates, θανεῖν μετὰ κύμασιν. Hinc miſeri illius juvenis ad Patrem preces apud Quintil. declar. 5. *Sed ſi mora eſt, ait, longior properantibus exſpectare pereuntem, ite ſuperſtites, ite felices: has tantum reliquias commendate piratis, ne merſus profundo & projectus in fluctus, exitum faciam hominis ad quem pater non venerit.* & Æneæ apud Virgil. 1. Æneidos querelæ.

 — *ô ter-*

—— —— *ô terque quaterque beati*
Queis ante ora patrum Trojæ ſub mœnibus altis,
Contigit oppetere: ô Danaûm fortiſſime gentis
Tytide, mene Iliacis occumbere campis
Non potuiſſe, tuaque animam hanc effundere dextra.

Tempeſtate enim graviſſima ſuborta jam jam periturus videbatur,& ne fluctibus periret,optat eorum ſortem qui apud Trojam occubuerant; & quidem Ajacis manu cæſum ſe velle innuit, qua re & à fortiori occidebatur, nec tam turpiter erat periturus. Hac ex ſuperſtitione ortum eſt, ut dicantur clauſi tumulo gravi, quos aqua hauſit: Poëta libro III. Epigram. Veterum, quæ Pithæus edidit, Attium Epictetum introducit loquentem:

Raptus ego ſuperis, patribuſque ablatus inique
Cum frui debueram ætate, horrida fata negarunt,
Præcipitem memet ſuperi merſere ſub undas
Ac tumulo cluſere gravi ——

Mors ipſa *turpis exitus* Petronio: Præligemus veſtibus capita & nos in profundum mergamus. *Nec iſtud Dii homineſque patiantur, Eumolpus exclamat, ut vos tam turpi exitu vitam finiatis.* Livius vocat *fœde interire* lib. 28. cap. 36. *Multique adnantes navibus incerto præ tenebris quid aut peterent aut vitarent, fœde interierunt.* Cujus rei

rei cauſa præcipua eſt negatus honor ſepulturæ: nam & aliam novimus, animam ſcil. igneam maxime contrario elemento, nimirum aquis exſtingui miſerum & turpe eſſe: quare & mos is maxime convaluit comburendi, non humandi cadavera, quia ignis natura cum animæ eadem videtur. quam in rem locus elegans apud Syneſium, quam licet longiuſculum adſcribere tamen non gravabor. Ἐμὲ δὲ ἐν τοῖς δεινοῖς ὄμνυμί σοι θεὸν ὃν φιλοσοφία πρεσβεύει, τὸ Ὁμηρικὸν ἔθραττεν ἐκεῖνο, μὴ ἄρα ἀληθὲς εἴη, τὸ καθ' ὕδατος θάνατον ὄλεθρον εἶναι καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς. λέγει γάρ ἐστι ὅπου τῶν ἐπῶν.

Αἴας δ' ἐξαπόλωλεν, ἐπεὶ πίεν ἁλμυρὸν ὕδωρ.

Τὸν ἐν θαλάττῃ ἀκριβεστάτην ἀπώλειαν εἶναι τιθέμενος. Οὐδένα γοῦν ἄλλον ἐξαπολωλέναι φησὶν, ἀλλ' ἕκαστος ἀποθνήσκων

———— ἄϊδος δ' ἐβεβήκη.

Ταῦτ' ἄρα καὶ ἐν δυοῖν νεκύαιν ὁ μικρὸς Αἴας οὐδαμοῦ τοῦ δράματος εἰσενηνέκται, ὡς τῆς ψυχῆς οὐκ οὔσης ἐν ᾅδου. καὶ Ἀχιλλεὺς ἀνὴρ εὐψυχότατός τε καὶ φιλοκινδυνότατος, ἀποδειλιᾷ πρὸς τὸν ἐν ὕδασι θάνατον, ὅνγε καὶ λευγαλέον καλεῖ. τούτους ἐλίττων τοὺς λογισμοὺς, ὁρῶ τοὺς στρατιώτας ἅπαντας ἐσπασμένους μαχαίρας. καὶ πυθόμενος ἐμάνθανον παρ' αὐτῶν, ὡς καλὸν ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ὄντας ἐστι, πρὸς τὸν ἀέρα τὴν ψυχὴν ἐρεύγειν. *Me vero in hiſce malis, juro tibi per deum illum, quem philoſophia veneratur, Homericum illud terrefaciebat: ne forte verum eſſet, mortem ſub aqua anima*

 quoque

quoque interitum eſſe. dicit enim aliquo Poëmatis loco :

Interiit ſalſus Ajax, quando ebibit undas.

Mortem in mari exitium eſſe acerrimum ſignificans. Nullum enim alium, ait, *interiiſſe, ſed unuſquiſque moriens,*

—— —— migravit ad Orcum.

Adeoque duobus inferiis, Minor Ajax nuſquam tota fabula introducitur, quaſi ipſius apud inferos anima non exſtet. Et Achilles animi vir excelſiſſimi, & ad pericula ſubeunda projectiſſimi, mortem in aqua perhorreſcit, quam & pernicioſam vocat. Has ego verſans cogitationes, video milites omnes ſtringentes gladios: percontanſque ex illis didici, optimum eſſe, dum adhuc in foris conſiſtant, animam in auras eructare. Sed ſepulturam alterius apud Quintil. decl. 6. ſenis capti querelæ clamant : *Nihil*, inquit, *tempeſtate minacius, quotidie naufragium optare : nam mortem, confitebor, ſenili inertiæ una cauſa minus cupiebam, ne defunctum nemo ſepeliret*: Et Polydorus à Polymneſtore occiſus, præcepſque in mare datus apud Euripidem initio Hecubæ ait, ſe velle apparere ancillæ, ut conſequatur ſepulturam.

Φανήσομαι γὰρ ὡς τάφον τλήμων τύχω
Δούλης ποδῶν πάροιθεν ἐν κλυδωνίῳ.

Quin & inter maximas imprecationes erat, ſi quem inſepultum votis à diis expeterent. Virgil. 4. Æneid. ✝. 620.

Sed

Sed cadat ante diem, mediaque inhumatus arena,
Hæc precor: hanc vocum extremam cum ſanguine fundo.

Hinc quoque Creon *exuiſſe hominem* à Poëta dicitur, quia hoſtium cadavera in campis inſepulta relinquebat

—— —— hominemque cruentus
Exuit & tenuem cæſis invidit arenam.

Id eſt, *hominis naturam*, eleganter, ita ſim felix; quare aliqua ejus locutionis exempla ſubjicere non gravabor. Quintil. decl. 12. *Atque etiam ſi quis adeo hominem exuat, ut ibi pœnam quærat, ubi ſenſum doloris non inveniat.* Pro quo initio ejuſdem Declam. *diſcedere ab homine* dixit: *Ignoſcite tamen violati manes meorum, hic vos alloquor, ignoſcite quod ora temeravimus, quod ab homine deſcivimus.* Nam amant ita loqui Auctores, ut voces ſolas ponant, & affectus, quos illæ ſecum trahunt, intelligant. *Reverti in patrem* eſt affectum patris rurſus induere & aſſumere. Idem declam. 19. *Viderit, quid meruerit juvenis ille, ego jam poſſum ſuprema revereri, & poſt exitum unici revertor in patrem.* & *exuere patrem* apud Valerium Maxim. lib. 1. *Exuit patrem ut conſulem ageret.* Atque ita locutus Terentius Eunuch. 3, 5, 10.

Deum ſeſe in hominem convertiſſe, & per alienas tegulas

Veniſſe

Veniſſe clanculum per impluvium, fucum factum Mulieri.
At quem deum? qui templa cœli ſumma ſonitu concutit,
Ego homuncio hoc non facerem?

Id eſt, hominis vel humanos affectus: erat enim imber aureus, quare Horatius dicit lib. 3. Od. 16. *Converſo in pretium Deo.* Quomodo & Chriſtus dicitur *indutus homine* ab Auguſt. lib. 9. cap. 17. de Civitate Dei. *Qui profecto incontaminabilis Deus, abſit ut contaminationem timeret ex homine, quo indutus eſt, aut ex hominibus inter quos in homine converſatus eſt.* Id eſt, *humanitatem*, ſi cum Cicerone loqui vis: nam quod aliis *exuere hominem*, id illi eſt *exuere humanitatem.* 13. ad Attic. 2. *Sed jam ad iſta obduruimus, & humanitatem omnem exuimus.* Præterea *frater* pro animo fratris, quem frater erga fratrem habere debet, legitur apud Petron. *Ego ad genua Aſcylti procubui, & per memoriam amicitiæ, perque ſocietatem miſeriarum petii, ut ſaltem oſtenderet fratrem.* Cui geminum illud Quintiliani Declam. v. *Non alimenta quæro ſed filium*, id eſt, animum qualis filium decet. Quod à Græcorum elegantia non alienum eſt; Longus Lib. 1. Ποιμενικῶν ἡ μὲν δὴ Νάπη, τούτω γὰρ ἐκαλεῖτο, μήτηρ εὐθὺς ἦν. *Nape, ita enim vocabatur, mater ſtatim erat*, id eſt, animum matris induebat, neque enim illa mater erat expoſitæ infantis. Idem lib. 3. Φέρε οὖν ἀναβαλώμεθα

τὸν γά-

τὸν γάμον εἰς τὸ μετόπωρον. ἀφίξεσθαι τότε λέγουσιν αὐτὸν οἱ παραγινόμενοι πρὸς ἡμᾶς ἐξ ἄστεος· τότε ἔσονται ἀνὴρ καὶ γυνή. νῦν δὲ φιλείτωσαν ἀδελφοί. *Ageſis itaque rejiciamus has nuptias in proximum autumnum. Adventurum Dominum meum tunc ajunt illi, qui ad nos ex urbe venire ſolent. Tunc erunt vir & uxor: Iam vero ament inter ſe fraterno affectu:* Niſi ibi forte exciderit particula ὡς.

CAP. IX.

Terentius tentatus: facere quid, *&* δρᾶσειν τι *contrario ſenſu:* factum velle alicui: bene, probe, *particulæ adhortantium ſimul & interrumpentium.*

APud Terentium in Adelphis Act. 5. ſc. 8. Demea exorato fratre Micione, ut vetulam in uxorem duceret, ut plane munificus & largus videretur, etiam agellum cognato proximo Hegioni vult largiri, ad quod faciendum ut inducat Micionem ſic loquitur:

Quid nunc quod reſtat? Hegio his eſt cognatus proximus,
Affinis nobis, pauper: bene nos aliquid facere illi decet.

Repperi ante annos aliquot in MS. abeſſe vocem *bene*, quæ etiam ſalvo ſenſu abeſſe poteſt: Nam *facere aliquid* Latinis eleganter in bonam partem

partem ſumitur; pro commodis beneficiiſque aliquem afficere: Sic ipſe Terent. And. 2, 1.

Credo impetrabo, ut aliquot ſaltem nuptiis prodat dies,
Interea fiet aliquid ſpero ——

Quod idem eſt, ut recte Donatus notat, cum eo quod legitur Act. 2. ſc. 2. *Interea aliquid acciderit boni.* Nec minori elegantia factum velle alicui dicebant, pro favere commodis & utilitatibus alicujus. Adelph. 5, 4.

—— —— *Dii tibi Demea*
Bene faxint, cum te video noſtræ familiæ
Tam ex animo factum velle. ——

Et Terentium ſic ſcripſiſſe probant verba Micionis, qui illud *facere* non capiens interrogat: *quid facere?* quaſi dicat, quid vis tibi Demea cum tuo illo *facere*! quam rem agis? aut quid intendis? Sic etiam Cicero lib. 3. ad Attic. epiſt. 19. *Sed ſi fieret aliquid à novis magiſtratibus abeſſe longe nolebam.* Id eſt, ſi quid ſtatueretur de ipſo revocando de exilio. Græci hac eadem formula, ſed contrario plane ſenſu utuntur: Euripides Oreſt. v. 1166.

Δράσας τι χρήσω τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς θανεῖν.

Id eſt, *incommodo aliquo meos inimicos afficiens*; rurſus Med. v. 289.

Κλύω σ᾽ ἀπειλεῖν, ὡς ἀπαγγέλλουσί μοι,
Τὸν δόντα, καὶ γήμαντα, καὶ γαμουμένην
Δρασεῖν τι ——
Audio enim te minari, ut mihi nuntiant,

Et

Et ſocero, & ſponſo & ſponſæ,
Te aliquid facturam. ——

Minata enim Medea fuerat, ſe velle malum dare Jaſoni, & toti Creontis familiæ, ad vindicandam injuriam à Jaſone ipſi factam. Scholiaſtes recte explicat κακοποιήσειν. Ita etiam Anacreon carm. 12.

Τί σοι θέλεις ποιήσω;

Quod recte vertit Henr. Stephanus: *quibusnam te plectam pœnis.* Et hæc quidem prima hoc de loco ſententia, nunc alia magis placet, qua vocem eam non extrico ſed Mitioni adſigno; eritque ſenſus elegantiſſimus ſi totus locus ſic diſtinguatur:

Quid nunc? quid reſtat? Hegio his eſt cognatus proximus
Adfinis nobis, pauper. M. bene. D. nos aliquid —

Sane illud *quid nunc?* ſic conciſe poſitum elegantius multo eſt, & ita loquitur in Eunuch. 5, 7.

Quid nunc? qua ſpe, aut quo conſilio huc imus.

Τὸ *bene* autem eſt ejus qui interrumpit aliquem, & ſimul cum pergere admonet, quo ſenſu *probe* ponitur in Adelph. 4, 7. DE. *Tu inter eos reſtim ductans ſaltabis.* MI. *Probe.* Sane, quam in partem hæc verba verſo, nullus videre poſſum, quomodo vox hæc Demeæ conveniat, quam ſi addidiſſet, non eſſet tacita inductio, qua utitur,

utitur, ut Micionem in ſuam ſententiam trahat, quem eundem morem idem ſervat in illis ex eadem ſcena:

Primum hujus uxoris eſt mater? M. *quid poſtea?*
D. *Proba & modeſta.* ——

Nam ut ibi non ſtatim dicit eam Micioni in uxorem eſſe ducendam, ita & hic per gradus ad id quod intendit, deſcendit.

CAP. X.

De generibus Comœdiarum: Prætextatæ, togatæ, palliatæ, trabeatæ *& aliæ: Donati error.* μικτός: Tragicomœdia: *error Neotericorum, ut etiam Scholiaſtæ Euripidis, Victorii, Stiblini & Artemidori.* Comœdotragœdia. *Interpres Pollucis notatus* Rhintonica, ἱλαροτραγῳδία, ἱλαρῳδία. *Suidas correctus. Porti error.* φλυακογραφία.

DE Terentio ad ejus interpretem tranſgredior, quem antequam ad partes vocem, de Comœdiarum generibus nonnulla dicenda ſunt. *Fabula* nomen generale eſt, & complectitur Tragœdiam atque Comœdiam: Summa Comœdiarum diviſio eſt, quod aliæ ſint *Palliatæ*, aliæ *Togatæ*; illæ Græcorum, hæ Romanorum: hæ enim gentes hoc habitus genere diſtinguebantur; notus eſt *Palliatus Socrates* apud

Valer.

Valer. Maximum, & nota *gens togata* Auguſti apud Suetonium. Reliquas Comœdiæ ſpecies à Donato mutuabimur, cujus verbis inſiſtentes, facilius filum hujus lucubratiunculæ explicabimus. *Si Latina*, inquit, *argumentatio ſit*, *prætextata dicitur. Comœdia autem multas ſpecies habet. Aut enim Palliata eſt aut togata, aut tabernaria, aut Attellana, aut Mimus, aut Rhintonica, aut Planipedia.* Quibus in verbis bona malis permiſta ſunt, nam errat dum dicit *prætextam dici*, *ſi Latina eſt argumentatio.* Quis enim ignorat prætextatas eſſe unicam ſpeciem, & multas eſſe argumentationes Latinas, quæ tamen prætextatæ vocari minime poſſunt? debebat dixiſſe *togatam*: reliqua bene ſe habent, & illarum Comœdiarum aliæ ab habitu, aliæ à loco, aliæ ab Auctore denominantur. Romani enim cum antea ſemper è Græcis ſua feciſſent, tandem etiam argumenta propria ſumpſerunt, & fecerunt prætextatas, togatas, tabernarias, Attellanas, Planipedes, & trabeatas. Diomedes id nos docet: *Apud Romanos prætextata, tabernaria, Attellana, Planipes.* Horatius in Arte:

Nec minimum meruere decus, veſtigia Græca
Auſi deſerere, & celebrare domeſtica facta,
Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas,
Ne virtute foret, clariſve potentius armis
Quam lingua Latium ————

& obſerva *togatas* dici duplici ſenſu; nam vel

ponuntur pro Romanis, & tunc omnes ſpecies alias comprehendunt, vel aliis opponuntur, ut *togatæ* diverſæ à prætextatis, & trabeatis; & tunc *togatæ* reſpiciunt populum, cum *prætextatæ* ſint perſonarum illuſtrium, ut Senatorum, & eorum qui toga prætexta utebantur: harum Comœdiarum ſcriptor fuit Perſius, Auctor vitæ ejus: *Scripſerat etiam in pueritia ejus Flaccus prætextam. Trabeatas* vero Cajus Meliſſus invenit; Sueton. cap. 21. de illuſt. Grammat. *Fecit & novum genus Togatarum, inſcripſitque Trabeatas*: in quas proculdubio introducti triumphantes, aliique qui trabeæ jus habebant, & forte etiam Reges. Quod ſi verum, peſſime eas Comœdias vocant, cum ex perſonis facile colligatur talem fabulam nullam aliam niſi Tragœdiam eſſe poſſe, quare de Trabeatis ego quidem ampliandum cenſeo. Cæterum Donatus, alio loco addit *Crepidatas*: *Sicut apud Græcos*, inquit, *δρᾶμα, ſic apud Latinos generaliter fabula dicitur, cujus ſpecies ſunt, Tragœdia, Comœdia, Togata, Tabernaria, Prætexta, Crepidata, Attellana*, Μιμος, *Rhintonica. Tabernarias* utrobique à togatis diſtinguit, quæ ita dictæ, quod cum tabernis ſcenæ diſponebantur, & ultimum capiebant genus hominum, qui tunicis inducti partes ſuas agebant, ut ait Julius Cæſar Scaliger. Neque enim Feſto aſſentior, qui *Tabernarias* ait fuiſſe, in quibus hominibus excellen-

cellentibus etiam humiles erant permixti. *Togatarum*, inquit, *duplex eſt genus*, *prætextarum*, *hominum faſtigi*, *quæ ſic appellantur*, *quod togis prætextis remp. adminiſtrarent*, *Tabernariarum*, *quia hominibus excellentibus etiam humiles permixti*, *ut ſunt plagiarii*, *ſervi denique & cauponæ ex tabernis honeſte prodeant perſæpe.* Nullæ enim aliæ fuerunt, quam in quas Opifices Sellularii, aliique qui in tabernis degebant, inducebantur. Teſtis præterea Donatus, nonnullos *palliatas* vocaſſes *tabernarias*. *Palliatæ*, inquit, *Græcum habitum ferentes*, *quas nonnulli Tabernarias vocant.* Horum ſententiam nec refellit nec probat: Mihi quidem hos *nonnullos* errare compertum eſt; nam Tabernariæ tam Græcorum quam Romanorum ſunt, nec omnes *palliatæ* tam viles ut *Tabernariarum* nomen mereantur: non vanis argumentis ductus, crederem *palliatas* ab aliis vocari potius *crepidatas*, maxime cum Donatus priore loco recenſens fabularum genera ponat *palliatas* omiſſis *crepidatis*, & poſteriore *crepidatarum* mentionem injiciat, ſilentio præteriens *palliatas*: & ſi rationibus aliunde petitis ſtandum eſt, quovis contendere ſacramento paratus ſum, meliori jure *palliatas* vocari *crepidatas*, quam *Tabernarias*: nam & pari ratione *togatas* interpretari poſſis, *calceatas*: ut enim calcei togæ proprii, ſic ſoleæ vel crepidæ pallei: hinc *calceos* Tertullianus vocat *proprium togæ tor-*

E 2 *men-*

mentam: crepidas autem ſine pallio non fuiſſe teſtatur Sueton. Tib. 13. *Depoſito patriæ habitu, redegit ſe ad pallium & crepidas.* Apulejus lib. 2. Florid. *Habebat amictui pallium candidum, quod ſuperne circumjecerat, id quoque pallium comperitur ipſius laborem fuiſſe: etiam pedum tegumenta crepidas ſibi compegerat.* In poſtremis autem Donati verbis duæ ſunt ſpecies, quas ſilentio tranſire nullus poſſum: Μικτὸς, ait, *Rhintonica.* Mixtum autem Poëma vulgo eſt ubi & narrat Poëta, & introducit collocutores, qualia ſunt Poëmata Homeri & Virgilii: ſed hoc genus hic locum habere non poteſt. Ut nec tragœdia vel comœdia, in qua varia metrorum genera mixta ſunt, qualis fuit Chæremonis Centaurus, qui inſcribitur Πολύμετρος καὶ μικτὴ ῥαψωδία. Ut illud explicat Rigaltius in Diſſertatione de Satyra Juvenalis. Mihi μικτὸς fabula eſt, quæ miſta eſt ex Comœdia & Tragœdia, vel ubi Reges & Principes, altiorisve conditionis homines cum humili loco natis introducuntur. Tale genus fuerunt Satyricæ Græcorum, de quibus ſic Diomedes lib. 3. *Satyrica eſt apud Græcos fabula, in qua item Tragici Poëtæ non reges, aut heroas, ſed Satyros induxerunt ludendi cauſa jocandique.* Quæ ita ſunt intelligenda, ut Reges & Satyri his in fabulis fuerint miſti, quod ſatis patet ex Cyclope Euripidis, quæ ſola nobis ex hoc fabularum genere reſtat. Mixtio hæc etiam invenitur in

Plauti

Plauti Amphitruone, ubi perſonarum excellentia, & humilitas comicæ dictionis, item actiones plane humiles ſimul introducuntur: quare per jocum eam ipſe Plautus vocat *Tragicomœdiam*. Errant noſtrates toto cœlo, qui hunc titulum præfigunt Tragœdiæ, cui felix eſt exitus: Nam *Tragi-comœdia* non videtur fuiſſe Poëma uſitatum, aut ab aliis uſurpatum, ſed jocabundus ſolum Plautus ita vocat Amphitruonem. Neque enim exitus atrox, ut hodie fere ſcioli credunt, vel felix differentiam inter Comœdiam & Tragœdiam facit: Sunt perſonæ, ſunt res quæ aguntur, & affectus qui moventur: ſed homines ſibi & aliis impoſuerunt, eo quod credebant, τὸ τραγικὸν nihil ſignificare aliud quam funeſtum & acerbum caſum, & fabulam non poſſe nominari *Tragœdiam*, cujus cataſtrophe non traheret ſecum vel mortem vel infortunia hiſtrionum primarum partium. Sed falſi ſunt; nam τὸ τραγικὸν notat rem magnam, gravem & ſerioſam, quæque ſola Regibus & Heroibus convenit: hocque adeo ab omni ratione remotum eſt, ut videamus multas Tragœdias Euripidis, & inter cæteras Oreſtem, cujus initium à furore ipſo eſt, lætum exitum ſortiri, ut erroris excuſari non poſſit Auctor argumenti, quod Oreſti præfigitur, dum ait, τὸ δρᾶμα κωμικωτέραν ἔχειν τὴν καταστροφήν, quem ſecuti male ſunt Petrus Victorius in Electram Euripidis, & Stiblinus in Alceſten ejuſ-

dem auctoris: & interdum Comœdiarum finem triſtem eſſe, ſatis nos Plautus docet, adeo ut recte dixerit magnus Scaliger lib. 3. cap. 37. de Art. Poët. Comœdias multas infelices fines habere: & errat Artemidorus lib. 1. Onecr. cap. 38, dum omnem Comœdiarum finem felicem credit: τὰ δὲ τῆς, inquit, καθ' ἡμᾶς κωμῳδίας, τὰ μὲν ἄλλα ἴσα τῇ τραγῳδίᾳ σημαίνει, τὰ δὲ τέλη χρηστὰ καὶ ἀγαθὰ ὑπαγορεύει. τοιαῦται γὰρ ὑποθέσεις τῶν κωμικῶν δραμάτων. *Si vero noſtræ ætatis Comœdiæ erunt, reliqua quidem Tragœdiæ ſimilia ſignificat, fines vero bonos prædicit. Ejuſmodi enim ſunt argumenta Comicorum dramatum.* Et Evanthius, ſive quis alius auctor Prolegem. De Comœd. & Tragœdia: *Inter Tragœdiam autem*, inquit, *& Comœdiam cum multa, tum in primis hoc diſtat: quod in Comœdia mediocres fortunæ hominum, parvi impetus periculaque, lætique ſint exitus actionum. At in Tragœdia omnia contraria, ingentes perſonæ, magni timores, exitus funeſti habentur. Et illic turbulenta prima, tranquilla ultima. In tragœdia contrario ordine res aguntur.* Non igitur abſolvendi ſunt illi qui talibus Tragœdiis *Tragi-comœdiæ* nomen dant: Plautus enim eam nominando nihil aliud quam jocos & ſales ſectatur. verba ejus hæc ſunt:

Nunc quam rem oratum huc veni, primum proloquar,
Poſt argumentum hujus eloquar Tragœdiæ.

Quid

Quid contraxiſtis frontem? quia Tragœdiam
Dixi futuram hanc? Deus ſum, commutavero
Eandem hanc, ſi voltis: faciam ex Tragœdia,
Comœdia ut ſit, omnibus iiſdem verſibus.
Utrum ſit, an non voltis? Sed ego ſtultior
Quaſi neſciam vos velle, qui divos ſiem.
Teneo quid animi voſtri ſuper hac re ſiet.
Faciam ut commiſta ſit Tragi-comœdia:
Nam me perpetuo facere ut ſit Comœdia,
Reges quo veniant & D I, non par arbitror.
Quid igitur? quoniam hic ſervos quoque parteis habet
Faciam hanc proinde ut dixi Tragi comœdiam.

Quæ quando ad examen revoco, videre nondum poſſum, unde orta ſit opinio illa, Plautum eodem ſenſu uſurpaſſe vocem illam, quo illa apud nos in uſu eſt: nunquam hoc dicere animum induxit Poëta, ſed captavit jocum jungendo nomina duorum Poëmatum eo modo, quo junxerat perſonas tragicas & comicas: cujus ſententiæ ſuffragatorem habeo magnum Scaligerum qui lib. 1. cap. 7. Poët. Sic loquitur. Feſtive ut ſolet Plautus, Amphytruonem Tragico-Comœdiam appellat, in qua perſonarum dignitas ac magnitudo Comœdiæ humilitati admixtæ eſſent. Verum hic quæri poteſt, & quidem jure optimo, num Amphitruo Plauti dici *Tragi-comœdia*, & Comœdiis ad morem iſtum Plautinum formatis idem titulus dari

poſſit. Et veteres quidem illud nomen ignoraſſe, nec aliter talia δράματα quam *Comœdias* vocaſſe probant Cicero, Quintilianus, & maxime Varro, qui librum ſcripſit de Comœdiis Plautinis, ut teſtis Gellius lib. 3. cap. 3. Hi enim ſemper *Comœdias* Plauti dixerunt, nunquam vero *Comœdias* & *Tragi-comœdiam*, quod ſine dubio feciſſent, ſi hæc ſpecie fuerit à reliquis diverſa. Adde quod ipſe Plautus Amphytruonem ſemper Comœdiam vocet, ut in Prologo:

—— —— nunc vos animum advortite,
Dum hujus argumentum eloquar Comœdiæ.

Et paulo ante:

Ipſe hanc acturu'ſt Iuppiter Comœdiam.
Quid admirati eſtis? quaſi vero novum
Nunc proferatur Iovem facere hiſtrioniam.

In diverſum abierunt recentiores: nam apud eos hic Titulus in uſu eſt. Lutatius Scholiaſtes Statii ad lib. v. Theb. v. CLX. *Iuppiter mutatus in Amphytruonem concubuiſſe cum Alcmena Electrionis filia dicitur in urbe Tirynthe, unde natus eſt Hercules, unde & Tirynthius dicitur: de qua Plautus* TRAGI-COMOEDIAM *dixit.* Et ego quidem eam ita vocari poſſe nullus dubito; quod nonnulli pertinaciter negant, cum eadem ratio ſit jungendorum nominum, quæ perſonarum: nam quid hoc eſt? licet miſcere reges, ſervos, alios, licet perſonas tragicas & comicas eadem in fabula introducere;

non conceſſum eſt nomina utriuſque fabulæ componere & copulare. Nolo dicere, quod forte aliquis ſibi perſuaſerit, illud in Latio & apud Romuli nepotes in uſu fuiſſe: verum illud fieri poſſe, nec ob id aliquem reprehendendum ſi fabulam Amphytruoni Plauti ſimilem vocet *Tragi-comœdiam*. Deſtituatur Latinis, ſunt Græci quos auctores habet, quos imitari poteſt: & licet raro ejus mentio occurrat, invenio tamen Alcæum ſcripſiſſe *Comœdo-tragœdiam*. Harpocration in Ἀδδηφάγους: Ἀλκαῖος δὲ ἐν τῇ κωμῳδοτραγῳδίᾳ τοὺς πότας λύχνους, ἀδδηφάγους εἶπεν, quam Suidas *Comœdo-tragœdum* vocat, niſi forte ex Harpocratione ſit corrigendus, nam eum exſcripſit.

Sequitur nunc apud Donatum *Rhintonica*. Quam Evanthius nomen accepiſſe ab actore cenſet: *Illud vero*, inquit, *tenendum eſt poſt* νέαν κωμῳδίαν *Latinos multa fabularum genera protuliſſe: ut Togatas, à ſcenicis atque argumentis Latinis: prætextatas à dignitate perſonarum & Latina hiſtoria: Attellanas à civitate Campaniæ ubi actitatæ ſunt plurimæ: Rhyntonicas ab actoris nomine: Tabernarias ab humilitate argumenti & ſtili.* Sed fallitur auctor ille. nam ſine dubio nomen ſuum à Rhintone habet, quo de Scriptore ſic Suidas: Ῥίνθων Ταραντῖνος κωμικὸς, ἀρχηγὸς τῆς καλουμένης Ἱλαροτραγῳδίας, ὅ ἐστι φλυακογραφία. υἱὸς δὲ ἦν κεραμέως, καὶ γέγονεν ἐπὶ τοῦ πρώτου Πτολεμαίου, δράματα δὲ αὐτοῦ

Τραγικὰ καὶ κωμικὰ λῆ. Fuit igitur Poëta Comicus, qui ſecundum Suidam etiam Tragœdias ſcripſit; ita Oreſtes ejus laudatur ab Hephæſt. pag.4. Ῥίνθων μὲν γὰρ καὶ ἐν Ἰάμβῳ ἐπισημασίας ἠξίωσε τὸ ποιητὸν. ἐν γὰρ Ὀρέστῃ δράματί φησιν. Et Iphigenia in Tauris, à Polluce lib. 7. cap. 13. Καὶ αὐτὸς δ' ὁ φαινόλης ἐστὶν ἐν Ῥίνθωνος Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν ταύροις, ἐχούσῃ καινὸν (ita enim legendum non καινὰν docente Salmaſio) φαινόλαν, quæ vertenda *ſed & vox pænula in Rhintonis Iphigenia in Tauris exſtat. Novam habenti pænulam.* Peſſime enim vertitur: *In Taurica novum habenti Sagulum.* Ejuſdem *Iphigenia in Aulide*, lib. eod. cap. XXII. Ubi non minor lapſus interpretis, ὁ Ῥίνθων δὲ κολοφωνίου τε καὶ καλτίου, καὶ ὄγκου ἐν Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Αὐλίδι. *Sed Orinthorum, Colophonii, Caltii Oncique mentionem facit in Iphigenia in Aulide.* Ite nunc, qui Græca contemnitis, & in interpretum verba juratis; Satin' vobis hoc ſpecimen placet? *Telephus* eſt lib. 10. cap. 7. ἐν δὲ τῇ Κρίτωνος μεσσηνίᾳ καὶ τῷ Ῥίνθωνος Τηλέφῳ καὶ κράββατον εἰρῆσθαι λέγουσιν. Auctor præterea fuit Ἱλαροτραγῳδίας, quæ nullo modo ſimilis eſt, quod nonnulli volunt, ei fabularum generi, quod nos Tragicomœdiam peſſimo exemplo appellamus. Quod facere etiam videtur Lindenbrogius ad Terentii Adelphos: Hic ergo Rhinton, inquit, Hilaro-tragœdiam introduxit, ut alii Tragico-comœdiam; qualis adhuc exſtat

Plauti Amphitruo. Neque etiam magno Voſſio aſſentior qui lib. 2. cap. 21. Inſtitut. Poët. hanc ἱλαροτραγῳδίαν ſimilem facit ἱλαρῳδίᾳ, quod genus quoddam fabulæ fuit in qua verſus ſolum cantabantur: qui tamen erant gravitate quadam tragica temperati: hinc Ariſtoxenus apud Athen. lib. 14. ait Hilarodiam poſt Tragœdiam graviſſimam eſſe: Poſt Comœdiam vero Magodiam, φησὶ δὲ ὁ Ἀριϛόξενος τὴν μὲν ἱλαρῳδίαν σεμνὴν οὖσαν παρὰ τὴν τραγῳδίαν εἶναι, τὴν δὲ μαγῳδίαν παρὰ τὴν κωμῳδίαν. Et Athenæus ſic in præcedentibus deſcripſerat ἱλαρῳδὸν, ſeu Carminum Hilarorum Poëtam: σεμνότερος δὲ τῶν τοιούτων ἐϛὶ ποιητῶν ὁ Ἱλαρῳδὸς καλούμενος, οὐδὲν γὰρ σκινίζεται. χρῆται δ' ἐσθῆτι λευκῇ ἀνδρείᾳ καὶ ϛεφανοῦται χρυσοῦν ϛέφανον καὶ τὸ μὲν παλαιὸν ὑποδήμασιν ἐχρῆτο ὥς φησιν ὁ Ἀριϛοκλῆς, νῦν δὲ κρηπῖσι. Egoque arbitror Hilarodiam & Magodiam non fuiſſe dramata quæ fuerint exhibita per Tragœdos & Comœdos, ſed ſolum Poëmata, quæ cantabantur, & ſaltabanrur in Theatro per Hilarodos & Magodos. At nihil tale apparet in Hilaro-tragœdia, nec illam fuiſſe cantatam aut ſaltatam ullus veterum dixerit: quare mihi nonnunquam in mentem venit Rhintonem hunc eundem habuiſſe morem, quem Galli illi, qui Virgilii Poëma & aliorum jocum ludumque reddiderunt, eo verſuum genere, quod ſua lingua *Vers burleſques*, id eſt, jocoſos vocant,

quo-

quorum ſpecimen eſt traductio illa Virgiliana:

Je chante cét homme pieux,
Qui vint chargé de tous ſes Dieux,
Et de Monſieur ſon pere Anchiſe,
Beau vieillard à la barbe griſe,
Depuis la ville où les Gregeois
Occirent tant de bons Bourgeois,
Juſqu'à celle où le pauvre Reme
Fut tué par ſon frere meſme.

Quæ ſi cum illis Virgilii *Arma virumque cano*, conferantur, quis adeo erit inficetus, ut non in riſus & cachinnos ſolvatur. Non ignoro Reverendum *Vavaſorem* Societatis Jeſu Sacerdotem, cujus colloquio non ſemel Pariſiis interfui, alia omnia ſentire in libro quem bono publico in lucem edidit de Ludicra Dictione. Sed dabit veniam Senex doctiſſimus, & hoc his in ſtudiis maxime obtinere cum ſciat, *Quot homines tot ſententiæ*, certus ſum æquo eum laturum animo, quod à ſententia ipſus faciam diſceſſionem. Nam Tragœdias ita deformare Rhinton ſolebat, ut graviter dicta ineptis efferret verbis, ſeria redderet jocoſa & res magnas graveſve in hilares, & ridiculas transformaret; hinc Suidas Poëma tale vocat φλυακογραφίαν: nam corruptiſſimum eſt quod legitur hodie φυλακογραφίαν: erratque Portus dum interpretaturus illam vocem ſcribit: quorum nominum alterum quidem ab hilaritate Tragœdiæ,

diæ, alterum vero ab excubiarum deſcriptione dictum eſt. Pudet me, & nollem factum: Nam φλύαξ exponitur γελοιαστὴς ab Heſychio: Φλύαξ, μέθυσος, μεθυαστὴς, γελοιαστής. Et φλύαρος eidem eſt *vilis* & *ſtultus*: φλύαρος φαῦλος, εὐήθης. Quæ vox fuit propria eorum Græcorum, qui in Italia habitabant, Athenæus lib. XIV. Ἐκαλοῦντο δὲ οἱ μετιόντες τὴν τοιαύτην παιδιὰν παρὰ τοῖς Λάκωσι δικηλισταί. & paulo poſt: Σικυώνιοι μὲν γὰρ φαλλοφόρους αὐτοὺς καλοῦσιν, ἄλλοι δὲ αὐτοκαβδάλους, οἱ δὲ φλύακας, ὡς Ἰταλοί. φλυζογράφους, cum reliqui Græci eos vocent φλυαρογράφοντας. Scholiaſtes Nicandri ad Alexiph. καὶ οἱ Ἰταλιῶται τοὺς φλυαρογράφοντας, φλυζογράφους ἐκάλουν. Ita igitur res ſerioſas & Tragœdias immutare ſolebat Rhinton, auctorque hujus opinionis præter vocem ipſam ἱλαροτραγῳδίας, quæ eo ducit, mihi Stephanus de Urbibus, qui ſic de eo in Τάρας. Καὶ Ῥίνθων Ταραντῖνος φλύαξ, τὰ τραγικὰ μεταῤῥυθμίζων εἰς τὸ γελοῖον. *Res ſerioſas traducens, transformans in ridiculas*. Et Euſtathius Epiſcopus Theſſalonices ad Dionyſ. Alexandr. pag. 62. Ἐκεῖθεν (loquitur de Tarento) δὲ καὶ Ῥίνθων ἦν, ὁ ἐπικαλούμενος φλύαξ, ἤγουν φλύαρος ἀπονεορετικῶς, ὡς τὰ τραγικὰ εἰς γελοῖα μεταῤῥυθμίζων, καὶ παίζων ἐν οὐ παικτοῖς, ἀλλὰ φλυαρῶν ἄντικρυς.

CA-

CAP. XI.

Suidas corrrectus, explicatus & à gloſſa liberatus: Χάλις vox Attica: φασκώλιον: Damaſcii locus non intellectus à Porto. πτεράγωνος ἀνὴρ, δυσχήμων. Mercurius λόγιος θεός. Ars *abſolute Ars Grammatica: τεχνικὸς per excellentiam* Grammaticus, Artigraphus: *τεχνικοὶ τῶν γραμματικῶν. Ulpianus explicatus.*

HOratius cum forte iret via ſacra, & arreptum quidam rogitando, narrandoque frivola quædam obtunderet, nec ratio daretur, qua ſe inde ſubducere poſſet, ait tandem illo hæc verba pronuntiante, *Non ſum piger, uſque ſequar te*, ſe auriculas demiſiſſe,

Demitto, inquit, *auriculas, ut iniquæ mentis aſelle.*

Parum abeſt, quin idem mihi uſu veniat, cum illa apud Suidam lego: Χάλις, εἶδος ὄνου, καὶ ἡ δοτικὴ τῷ χάλῃ: quod eſt vertente Porto, *Chalis, aſini genus:* recte, ſi lectio ſalva: ſed tu finge εἶδος οἴνου *genus vini:* Heſychius: χαλὶς, ὁ ἄκρατος οἶνος, καὶ ὁ μεμηνὼς καὶ κεχαλασμένος τὰς φρένας: Eſtque vox Atticorum propria: Apollonii Scholiaſtes ad lib. I. Argonaut. v. CCCCLXXIII. χαλίκρητον, τὸν ἄκρατον, τὸν χαλῶντα τὰς φρένας, Ἀθηναῖοι δὲ τὸν

ἄκρα-

ἄκρατον χάλιν λέγουσιν, addatur Auctor magni Etymologici. In V. φασκώλιον ita editur: Φασκώλιον. Ἱμάτιον. Φορεῖον. Φάσκωλον ὅ ἐστι μαρσύπιον. *Veſtis. Vehiculum. Ferculum.* vertente Porto: Fruſtra alibi auctoritates quæro, quæ me doceant φασκώλιον veſtimentum eſſe, ea quippe voce utuntur pro *arca* vel *ciſta* in qua veſtes reponuntur. Heſychius: Φασκώλιον. βαλάντιον δερμάτινον: Φάσκωλος ὁ τὸ μέγα, εἰς ὃ τὰ ἱμάτια ἐμβάλλεται. Quare lego ἱματίων Φορεῖον, *capſa veſtium*: æque corruptum Harpocrationem emenda: φασκώλων ἱματίων φορεῖον: quod miror non animadvertiſſe clariſſimum Mauſſacum: Pollux lib. 7. cap. 19. Καὶ Φασκώλους ὃ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ, τὰ τῶν ἱματίων ἀγγεῖα, καὶ θυλάκους: qui etiam addatur lib. 10. cap. 31. Τετράγωνος ἀνὴρ dicitur homo robuſti corporis, ſeu *quadratæ ſtaturæ*: Ita enim Latini. Sueton. Veſpaſian. cap. 20. *Statura fuit quadrata compactis firmiſque membris, veluti vultu nitentis.* Suidas: τετράγωνος, εὐσταθής, ἑδραῖος, *ſtabilis, firmus*; addit deinde locum Damaſcii: σεμνὸς ὃ ἦν καὶ ἀνεπίληπτος τὰ πάντα, καὶ τετράγωνος, καὶ ἄνευ ψόγου πεπαγμένος, *Gravis autem erat & omnibus in rebus honeſtus, & quadratus & ſine vituperatione compoſitus.* Porto, ut patet, εὐσχήμων τὰ πάντα, eſt *omnibus in rebus honeſtus*: quod non in mentem Damaſcio veniſſe certo perſuaſus ſum, qui ſi verborum ſuorum interpretem ageret, verteret,

ret, *quoad omnia decenti corporis habitu:* ſeu etiam *decens:* ita enim Latini: Sueton. Domitian. 18. *Præterea pulcher ac decens, maxime in juventa & quidem toto corpore.* Victor in Vero: *Procerus decenter membra.* Auctor Carmin. 36. in Priap. *Habet decentes nuntius Deum plantas.* Nam licet & *honeſtus* poſſit retineri eo quod *honor* pro pulchritudine ponitur, minus tamen aptum erit, cum εὐσχήμων & *decens*; de toto corpore, vel partibus ejus; *honeſtus* vero de vultu ſeu facie ſola uſurpetur. Apud Petronium Cyrce loquitur: *Dic Chryſis, ſed verum: nunquid indecens ſum? nunquid incompta? nunquid ab aliquo naturali vitio formam meam excæco?* Quibus in verbis *indecens* reſtringendum eſt ad reliquum corpus, *forma* vero faciem reſpicit: inter fragmenta Petronii,

Ac totus tibi ſervit honos, formaque Dearum,

Fulges ———

honorem interpretor pulchritudinem vultus: Virgil. lib. 1. Æneid. ℣. 595.

——— ——— *namque ipſa decoram*
Cæſariem nato genitrix, lumenque juventæ
Purpureum, & latos oculis adflarat honores.

hinc tam frequens apud Comicos *honeſta facies & liberalis*, quibus etiam *inhoneſtus* pro deformi ponitur. Terent. Eunuch. 2, 3, 65. *Illumne obſecro inhoneſtum hominem, quem mercatus eſt heri,*

heri, *ſenem mulierem?* Sed ut ad *quadratum* revertamur, Græcis *vir bonus*, *verax*, *fortis*, τετράγωνος ἀνὴρ dicitur. Simonides primus ea voce ſic uſus eſt, cujus verba, ut Eruditi notarunt, apud Platonem in Protagora: Χερσὶ καὶ ποσὶ νόῳ τε τετράγωνον: quo etiam reſpicit Damaſcius: σεμνὸς δὲ ἦν καὶ εὐσχήμων τὰ πάντα, καὶ τετράγωνος, καὶ ἄνευ ψόγου τετυγμένος, ὡς φάναι κατὰ τὸν Σιμωνίδην. Quibus in verbis leviter corruptus Julianus in Cæſaribus: δοκεῖ γὰρ εἶναι μοί πως ἀνὴρ, κατὰ τὸν Σιμωνίδην, τετράγωνος ἄνευ ψόγου τεταγμένος. Corrupte enim legitur τετυγμένος. Et huc reſpicit etiam illa Mythologia apud Suidam in Ἑρμῆς: Ἀλλὰ καὶ τετράγωνον αὐτοῦ ποιοῦσι, διὰ τὴν στεῤῥότητα τοῦ ἀληθοῦς λόγου: ait, Veteres *Mercurium quadratum finxiſſe propter firmitatem veræ orationis.* hinc στάσιμος καὶ πεπηγυῖα συγγραφὴ apud Eunapium in vita Iamblichi eſt *vera & ſolida oratio:* Sermonis enim hic Deus eſt, unde & ἔφορος λόγου καὶ ἀληθείας vocatus eſt, ut libro tertio docemus, & λόγιος θεός. Themiſtius Orat. VI. extrema: ἐὰν οὗτοί σε ἐκθρέψωνται καὶ πιθηνήσωνται, ἐπώνυμε τοῦ λογίου θεοῦ, ταχέως ἔσται ἐπιτελὴς ἡ τῶν σῶν γονέων εὐχή. Latine dicas *Sermonum Deum.* Servius ad 2. Æn. v. 297. *His addidit & Mercurium Sermonum Deum*, & cum Libanio προστάτην τῆς τέχνης. in Laudat. Ulyſſis: Τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸν καὶ ἡμᾶς εἰκότως ἂν ἐπεγείροι πρὸς τὸν ἔπαινον τοὺς τῆς τέχνης, ἧς προστάτης

αὐτὸς ὄντος ὁ θεός. *Id porro & ipſum & nos ad laudem & commendationem ejus merito concitaret, qui eam profitemur artem, cujus præſes hic Deus habetur.* Et hinc illi qui eloquentiæ ſtudiisve incumbebant, Mercurio ſacra faciebant. Auctor Arrianus cap. 35. de Venat. Gallos id feciſſe. οἱ δὲ ἀμφὶ τὰς τέχνας πονούμενοι, Ἀθηνᾶ καὶ Ἡφαίστῳ, καὶ οἱ ἀμφὶ Παίδευσιν, Μούσαις καὶ Ἀπόλλωνι μουσηγέτῃ καὶ Μνημοσύνῃ καὶ Ἑρμῇ ſcilicet ſacrificant. Illeque qui non erant diſerti, Mercurialibus gratiis non dicebantur ſacrificaſſe: id quod olim uſurpavit Plato loquens de Xenocrate: Eunapius in vita Iamblichi, quem ait nulla re Porphyrio fuiſſe inferiorem, præterquam in dicendi facultate, quæ ipſi tanta non erat, ita tamen ut oratio ejus non fuerit plane obſcura, aut vitioſa, ἀλλ᾽ ὥσπερ ἔλεγε περὶ Ξενοκράτους ὁ Πλάτων ταῖς ἑρμαϊκαῖς οὐ τέθυται χάρισιν. Apud eundem Suidam locus eſt in Ἀπολλώνιος, ubi vox legitur, quam credo à gloſſatoris manu eſſe: ſed eam antequam ejiciam notandum eſt vocabulum *Ars* & τέχνη veteribus de arte Grammatica uſurpari, Servius ad lib. I. Æn. ℣. 160. *Non, ut quidam putant pro curru poſuit, nec eſt Apocope: ſed ratio artis antiquæ, quia omnis nominativus pluralis regit genitivum ſingularem* & ad ℣. 257. *Cum ſecundum artem dicamus honor, arbor, lepor.* Idque ita ipſi proprium eſt, ut alias artes addito vocabulo ipſis proprio deſignet: Sic *artem Rhetori-*

tori-

toricam dixit ad lib. 1. ℣. 610. & lib. 2. ℣. 135. *& artem Poëticam* ad ℣. 688. lib. 1. Æneid. Et interdum plurali numero utitur. Ut ad ℣. 100. *Atque in artibus legimus ſuperlativum non niſi genitivo plurali jungi.* Ita Græci. Stephanus in Ἀβρότονον. Τὸ ἐθνικὸν οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει. ἡ τέχνη δ' ἐπινοεῖ ἐξ ὁμοιότητος & Grammaticus hinc dicitur τεχνικός. Idem in Ἀβασηνοὶ, ὡς Ἀπολλώνιος ὁ τεχνικὸς ἐν τῷ παρωνύμων φησί. Qui Apollonius vel eſt Apollonius Dyſcolus, vel Parianus: nam hi duo libros eo titulo ſcripſerunt, ut patet ex Suida & Stephano in Πάρος, & uterque τεχνικὸς appellatus, unde tollendum inſigne gloſſema apud Suidam, Ἀπολλώνιος, inquit, Ἀλεξανδρεὺς ὁ κληθεὶς Δύσκολος, Πατὴρ Ἡρωδιανοῦ τοῦ τεχνογράφου Γραμματικοῦ: nullum enim dubium eſt, quin ultima vox ſit delenda, cum nihil aliud ſit, quam interpretatio præcedentis: & pari elegantia Græcorúmque imitatione Latini Grammaticum *Artigraphum* vocant: Servius rurſus ad 1. Æneid. ℣. 108. *Ergo non poſſumus dicere quod quidem Artigraphus, declinationes activi verbi & paſſivi pro ſe invicem poni.* Hoc tamen quod περὶ τοῦ τεχνικοῦ dixi, non ita generale eſt, ut non interdum & alii artium liberalium doctores eo nomine vocentur: Nam & Rhetores quidam τεχνικοί appellati ſunt. Gellius lib. 17. cap. 5. *Hoc quum legeretur in cœtu forte hominum doctorum, Rhetoricus quidam Sophiſta utriuſque linguæ cal-*

lens, haud ſane ignobilis ex iſtis acutulis, & minutis doctoribus, qui τεχνικοὶ appellantur, atque in diſſerendo tamen non impiger, uſum eſſe exiſtimabat argumento M. Tullium, neque Apodictico. Atque hinc factum nonnunquam arbitratus ſum, ut τεχνικοὶ τῶν γραμματικῶν legantur, ad differentiam ſcilicet. Ulpianus in 2. Olynthiacam. Φασὶν οἱ τεχνικοὶ τῶν γραμματικῶν, ὅτι οὐ κυρίως κέκλιται ἡ εὐθεῖα τοῦ οὐδεὶς οὐδενός. Sed nunc aliud mihi ſedet: & τέχνικους τῶν Γραμματικῶν vocatos volo ad differentiam iſtorum Grammaticorum qui alias Grammaticæ partes tractabant: Nam & τεχνικὴν vocabant eam partem, quæ in elementorum & Syntaxeos diſciplina tota eſt: in qua excelluerunt Tryphon, Apollonius Alexandrinus, Scaurus, Donatus, imo ipſe Julius Cæſar. Ab hac enim parte, Ἱστορικὴ, quæ erat ſecunda, & ἰδιαιτέρα ſeu κριτικὴ quæ erat tertia, diſtincta, ut conſtat, fuit.

CAP.

CAP. XII.

Τραχηλίζειν, *Suidas explicatus, interpretis error: Locus D. Pauli ad Hebræos expoſitus*, torquere collum, projicere brachia, ſcutum; *προβάλλειν, προβολή, χειρῶν ἀνάτασις*, claudere membra, colligere ſeſe in arma, ponere manus, fingere brachia: *interpres Diogenis notatus. Ratio ſacrificandi inferis, terreſtribus, Superis:* ἔντομα σφάγια. *Lutatius explicatus: Foſſæ circa aras:* Supra terram ſacrificare, χθόνιοι, ἐσχάρα: *Heſychius vindicatus: Suidas tranſpoſitione ſanatus & correctus: Harpocration correctus: Nummi explicati*, in flammam jugulare pecudes, ἐπιβώμια μῆλα; *circumductio reorum*, Πόμπη, Θρίαμβος, Πομπεύειν. *Nummus Velſeri expoſitus, Satyri non ſemper cornuti.*

D. Pauli verba ſunt ad Hebræos cap. IV. *Πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος.* Nemo neſcit Metaphoram eſſe, accuratiſſimumque dicendi genus, ſed pauci vim hujus vocis, & proprietatem aſſecuti ſunt: Plurimi eam ad oves referunt, quarum pelle detracta corpora nudantur. Nam cum Deus ſit unus *καρδιογνώστης*, & intima ſenſuum animique rimetur & perſpiciat, aptiorem interpretationem ad notan-

tandam eam Dei, ut ſic loquar, virtutem, reperire forte non potuerunt. Quid enim efficacius, quam dicere omnia Dei oculis ſic eſſe expoſita & nudata, quemadmodum beſtiarum, dum à lanione mactantur, interiora poſſunt videri? Sed quoniam τραχηλίζειν nec illud ſignificat, nec ullus ex ullo auctore ſententiæ firmandæ locus poſſit adduci, facile veniam mihi paratam ſpero, ſi à vulgata interpretatione faciam diſceſſionem. Nam τραχηλίζειν verbum eſt ex Palæſtra & Gymnicis ludis petitum: Τραχηλίζειν dicitur luctator, cum adverſarii collum torquens eum reſupinat: reperias eo ſenſu apud Suidam: Κλεόστρατος Ῥόδιος πάλῃ νικᾷ, ὃς τραχηλίζειν ἀπελάμβανε. *Cleoſtratus Rhodius lucta vicit, qui ſuorum adverſariorum cervicem feriens excipiebat.* Quæ, unde unde ſumpſerit Suidas, mutila ſunt. neque enim Ἀπολαμβάνω abſolute poſitum, (licet ſignificet *intercludo*, *excipio*, *intercipio*) in re luctatoria uſurpatur, quare forte in ſequentibus fuerit τῶν ἀντιπάλων τὴν ἀναπνοὴν; quomodo ἀπολαβεῖν τὴν ἀναπνοὴν Plutarchus in Romulo dixit; & ſenſus erit elegantiſſimus: *Cleoſtratus Rhodius lucta vicit, qui cervicem intorquens ſuis adverſariis Spiritum intercludebat.* Neque enim doctiſſimi Porti interpretationi manus dare poſſum, cum luctam & pugillatum, res plane diverſas, confundat, id quod jam ante etiam facit: Τραχηλίζων, inquit, Supinans.

Reſu-

Reſupinans. Evertens in cervicem, ut faciunt equi ſternaces, qui ſeſſores, cervicibus everſis evertunt. Hucuſque bene; at quis toleret quod ſequitur. Item cervicem feriens & cædens, ut faciunt Pancratiaſtæ: qui error ipſi communis eſt cum Jacobo Lydio in Agoniſtica Sacra. Ait Suidas πάλη, id eſt, *luctâ eum viciſſe*, in lucta autem ſe invicem non verberabant, ſed ſolummodo complectebantur, ut alteri alterum dejicerent: Πάλη enim ſeu *lucta* nihil fuit aliud, niſi exercitatio quædam in portica tecta fieri ſolita, in qua luctatores bini nudi uncti oleo, & pulvere aſperſi (*pulveream volutationem* vocat Tertull. de Pallio) ſeſe brachiis complicantes, invicemque concertantes, alter alterum humi dejicere contendebat, ſunt verba Hieronymi Mercurialis lib. 2. Artis Gymnaſt. cap. 8. *Cervicem* autem *ferire* proprie eſt pugilum, Pancratiaſtarum, & eorum qui cæſtibus pugnabant. Hinc Valer. Flaccus lib. 4. Argonaut. ℣. 266. ait Pollucem, qui cæſtibus cum Amyco decertabat, *cervicem reduxiſſe:*

—— Vigil ille metu cum pectore & armis
Huc alternus & huc, ſemper cervice reducta
Semper & in digitis, & ſummi pulvere campi,
Projectuſque redit ——————

Id eſt, primoribus digitis inhærens, inſiſtens, & nitens in pronum, ſunt verba Gronovii ad Statii Sylvas: Atque hac de cauſa brachia pro-

jiciebant: docet nos hunc morem Gellius lib. 13. cap. 26. *Ut ſunt athletarum qui Pancratiæ* (vir doctus malit *Pancratiaſtæ*) *vocantur; nam ſicuti illi ad certandum vocati projectis alte brachiis conſiſtunt, caputque & os ſuum manibus oppoſitis, quaſi vallo præmuniunt.* Quare eleganter pugiles, qui cæſtibus pugnabant, *cæſtu ſe velare* dicuntur. Valer. Flaccus.

Sævit inops Amycus, nullo diſcrimine ſeſe
Præcipitans; aviduſque viri (reſpectat ovantes
Quippe procul Minyas) cæſtu velatus utroque
Irruit ———

Irruebat Amycus in Pollucem utroque cæſtu caput & os præmuniens: Tuncque pugiles dicuntur χεῖρας ἀεῖραι; Apollonius lib. 2. Argonaut.

Κέκλυτ' ἀλίπλαγκτοι τά περ ἴδμεναι ὔμμιν ἔοικεν
Οὔτινα θέσμιόν ἐστιν ἀφορμηθέντα νέεσθαι
Ἀνδρῶν ὀθνείων, ὅς κε Βέβρυξι πελάσσῃ
Πρὶν χείρεσσιν ἐμῇσιν ἑὰς ἀνὰ χεῖρας ἀεῖραι.

Ipſa res vocatur χειρῶν ἀνάτασις. Themiſtius Orat. 9. de Melancoma pugile: Οὗτος οὐδένα πώποτε τρώσας, οὐδ' ἢ πατάξας, μόνῃ τῇ στάσει καὶ τῇ τῶν χειρῶν ἀνατάσει πάντας ἀπεκύαιε τοὺς ἀντιπάλους. *Hic nemine unquam convulnerato neque verberato, ſtatu ipſo tantum ac manuum extenſione adverſarios fatigabat.* Pro quo etiam ἀνέχειν dicunt. Apollon. eod. loco.

Oἱ

Οἱ δ' ἐπεὶ οὖν ἐν ἱμᾶσι διαστάδον ἠρτύναντο,
Αὐτίκ' ἀναχόμενοι ῥεθέων προπάροιθε βαρείας
Χεῖρας, ἐπαλλήλοισι μένος φέρον ἀντιόωντες.

Hanc *projectionem* Græci προβολὴν vocant: Cicero lib. 13. ad Attic. epiſt. 21. *Semper Carneades προβολὴν pugilis, & retentionem aurigæ, ſimilem facit ἐποχῇ.* Et quia de *projectione* verba facimus, venia me dignum arbitror, ſi quid antequam ad τὸ τραχηλίζειν revertar, etiam de *projectione ſcuti* militibus uſitata, in medium proferam: Ii *ſcutum projicere* dicebantur, quando eo ante ſe extenſo hoſtem vel adoriebantur, vel ejus impetum excipiebant. Quadrigarius apud Gellium lib. 9. cap. 13. *Gallus ſua diſciplina ſcuto projecto cantabundus; Manlius animo magis quam arte confiſus ſcutum ſcuto percuſſit.* Ælianus lib. 2. Var. cap. ult. Προβάλλεται δὲ ἐντεῦθεν ἤδη τὴν ἀσπίδα, καὶ γυμνὸν ἐπισείει τὸ ξίφος. *Inde ſcutum projicit & ſtrictum vibrat gladium.* Tuncque milites *ſtare* ἐν προβολῇ dicuntur: Plutarchus in Cæſare: Ἐπεὶ δὲ σημαίνειν ἔμελλον ἀμφότεροι τὴν ἔφοδον, Πομπήϊος μὲν ἐκέλευσε τοὺς ὁπλίτας ἑστῶτας ἐν προβολῇ, καὶ μένοντας ἀραρότως δέχεσθαι τὴν ἐπιδρομὴν τῶν πολεμίων. vertunt: *In procinctu atque in veſtigio ſtantes & infeſta pila haſtaſque tenentes.* Et erat tunc cum dicebantur *claudere membra*, Auctor carminis ad Piſonem:

Inque gradum clauſis libuit conſiſtere membris,
Et vitare ſimul, ſimul & captare petentem.

quod Græcis eſt εὐλαβεῖν τὰ κοῖλα γαστρός. Euripid. Phœniſſ. ℣. 1420.

Λαιὸν μὲν εἰς τοὔπισθεν ἀμφέρει πόδα
Πρόσω τὰ κοῖλα γαστρὸς εὐλαβούμενος.

Romanis *colligere ſeſe in arma:* Dictys Cretenſis lib. 3. *Quum Patroclus amplius audendum ratus, colligit ſeſe in arma, & cautius contectus, ingreſſuſque hoſtem complectitur, manu dextra poplitem ſuccidens*, id eſt, diligenter & caute corpus ſcuto tegit: Paulo pòſt *compoſitum* dicit. *At Patroclus præviſo hoſtium agmine, telum poſitum humi propere rapit, compoſituſque in armis audentibus reſiſtit.* Et, ut hoc addam, hunc habitum cum Magiſtri pugiles docerent, dicebantur *ponere manus* & *brachia fingere.* Statius lib. VI. Theb.

——— Sed ſocii fretum Polluce magiſtro
Norant & ſacras inter creviſſe palæſtras,
Ipſe Deus poſuitque manus, & brachia finxit.

Sed eo unde digreſſi ſumus è diverticulo quaſi revertendum eſt: in lucta, ut diximus, manibus certabant, collum torquebant, angebant digitis, ut ſic pede ſubducto, eum cum quo commiſſi erant, dejicerent. Locus elegans apud Victorem in vita Commodi: *Cum tamen alvi dolorem cauſſaretur, auctore medico principe factionis in Palæſtram perrexit. Ibi per miniſtrum ungendi (nam forte is è conſilio erat) faucibus quaſi arte exercitii, brachiorum nodo validius preſſis, exſpiravit. Artem exercitii* dicit,

cit, ut talis dejectio hoc in genere certaminis uſitata fuerit: & adſtruit id nobile Epigramma apud Claud. Salmaſium pag. 122. ad Hiſtor. Auguſt. quod ὁ πάνυ primus edidit.

Ὅς ποτε τύχος τοῖς ποσὶν ὑποζώσας ἀνέκλινεν
Ὕπτιον, ἀμπλέξας τῇ χειρὶ τὴν φάρυγα
Ἀλλ' οὐκ ὢν ἀπάλαιστος ὁ δεσπόσυνος προσ-
έειπεν
Παῦσαι, πνιγνίζεις φησὶ τὸ παιδάριον.

Nodum vocat Victor brachiorum circa collum implicationem, Græci ἅμμα, ut jam ab eruditis notatum eſt. Τραχηλίζειν autem Gymnicam eſſe vocem firmat Themiſtius Orat. 4. Οὐν οἱ πολλοὶ ἐθεάσαντο ἐν τοῖς γυμνασίοις τραχηλιζόμενόν τε ῥᾳδίως, καὶ μεταφέροντα τοὺς ἁλτῆρας. Ælianus lib. 12. ποικ. cap. 58. ὁρᾶτε (εἶπε) τὸν ἀθλητὴν ὑμῶν τὸν μέγαν ὑπὸ παιδίσκης ἐκτραχηλιζόμενον. *En pugilem veſtrum magnum, quemadmodum puella ei cervicem confringit.* Diogenes Laërtius lib. 6. idem referens, ſimplici utitur, ubi peſſime verſum, *per collum captus abducitur*: ἴδε, ἔφη, καλὸν ἀρειμάνειον, ὡς ὑπὸ τοῦ τυχόντος κορασίου τραχηλίζεται. *Ecce*, inquit, *ut aries Martius à puella vulgari per collum captus abducitur.* Ego utrobique verterem per *torquere*, cum eo videatur reſpexiſſe etiam Diogenes, quod ſæpe ſe ad puellam converteret. Ælianus, καὶ ἐπιστρεφόμενος καὶ εἰς πολλὰς τὸ πρόσωπον ἀλλοίτων χροιάς. Atque ita Plutarchus in libro de Curioſitate: Ὁρᾶτε, inquit, τὸν

ἀθλη-

ἀθλητὴν ὑπὸ παιδαρίε τραχηλιζόμενον,. ubi recte interpres: *Videte athletam cui puella cervicem intorquet.* Nam converſio illa cervicis non niſi torquendo, quod eſt τραχηλίζειν fiebat: vox proprie enim de nodo brachiorum quo colla conſtringuntur, uſurpatur; quod tamen non ita perpetuum eſt: nam & ἀποτραχηλίζειν σχοινίοις dixerunt: Eunapius apud Suidam: Καὶ οἱ μὲν αὐτὺς διέφθειρον σχοινίοις (male editur σχονίοις) ἀποτραχηλίζοντες. *Et illi quidem ipſos interfecerunt funibus ſtrangu'antes.* Quæ ſtrangulatio & torquendo & reſupinatione fit. Idem: ἐ μὴ παύσησθε τῶν ψηφισμάτων, πρὶν ἂν ὑμᾶς τ̃ σκέλυς λαβών τις ἐκτραχηλίσῃ. *Non prius decreta facere deſinetis, quam quis vos per crus correptos reſupinet & ſtranguletur.* Ita enim vertendus locus. Et ne quid diſſimulem cum jam dudum hæc notaſſem, video D. Pauli locum eodem modo à Petro Fabro lib. I. cap. II. Agoniſtici explicari: Neque adeo moveor hoc à viro doctiſſimo eſſe occupatum, quam lætor me in ejus ſententiam feciſſe diſceſſionem. Viſum aliquando fuerat, Metaphoram hanc ductam de ſacrificandi ritu, quo ſuperis ſacra facientes, invertebant cervicem victimæ, ita ut illa cælum aſpiceret, cum vero parentabant Heroibus & mortuis vel inferis ſacrificabant, pronas victimas mactabant: hoc quidem nunc non placet, & prior ſententia ut potior, ita firmior; ſed quia & non inelegantia

tia hanc ad rem pertinentia videor obſervaſſe, aliquantiſper ſigna figenda ſunt. Scholiaſtes Apollonii ad lib. I. Argonaut. v. DLXXXVII. Ἔντομα δὲ τὰ σφάγια κυρίως τὰ τοῖς νεκροῖς ἐναγιζόμενα, διὰ τὸ ἐν τῇ γῇ αὐτῶν ἀποτέμνεσθαι τὰς κεφαλάς: οὕτω γὰρ θύουσι τοῖς χθονίοις. τοῖς δὲ οὐρανίοις ἄνω ἀναστρέφοντες τὸν τράχηλον σφάζουσιν. Ἔντομα, inquit, σφάγια, *ſeu inciſæ victimæ ſunt, quibus mortuis parentatur, quia in terram verſa eorum capita abſcinduntur: Is enim mos obtinet quando inferis vel terreſtribus ſacrificatur, quando vero ſuperis, collum invertunt.* Illa ἐν τῇ γῇ verti *in terram verſa.* nam id docet aperte Auctor Brevium Scholiorum ad Homer. Iliad. A. v. CCCCLIX. Ἐς τοὐπίσω, ait, ἀνέκλασαν τὸν τράχηλον τῶν θυομένων ἱερείων, ὡς προσέχειν εἰς οὐρανὸν τοῖς θεοῖς, οἷς καὶ ἐθύοντο, ὡς καὶ αὐτῶν ὄντων ἐν οὐρανῷ· πάλιν δὲ τοῖς Ἥρωσιν καὶ κατοιχομένοις ἔντομα ἔθυον, ἀποβλέποντα κάτω εἰς γῆν. Ubi tamen obſerva non dicere eos τραχηλίζειν ſed ἀνεκλᾶν τράχηλον, & ἀναστρέφειν: verbum enim proprium eſt αὖ ἐρύειν, de quo ne pluribus agam facit Politus vir Bonaventura Vulcanius, qui videri poteſt ad Callimachum: Atque hinc explicandus Lutatius Scholiaſtes Statii ad lib. 5. Thebaïdos: *Tria*, inquit, *ſunt in ſacrificiis loca, quæ per piationem facimus, ſcrobiculo facto inferis, terreſtribus ſupra terram ſacrificamus, cæleſtibus exſtructis focis.* Quæ ſingula examinare operæ pretium eſt: ad inferos quidem quod attinet,

attinet, horum in ſacrificiis ſolebat foſſa circa aras fieri, in quam ſanguinem ex inciſis victimis fluere ſinebant, quippe cum ſuper eas colla prona tenerentur. Ovidius 7. Metamorph.

Haud procul egeſta ſcrobibus tellure duabus
Sacra facit, cultroſque in guttura velleris atri
Conjicit, & patulas perfundit ſanguine foſſas.

Et paulo poſt:

Multifidaſque faces in foſſa ſanguinis atri
Tingit; & infectas geminis accendit in aris.

Valerius Flaccus l. 1. Argon. v. DCCXXXIII.

In ſcrobibus cruor, & largus Phlegetontis operti,
Stagnat honos, ſævoque vocat grandæva tumultu
Theſſalis exanimes atavos magnæque nepotem
Pleiones ——————

Et haud diſſimilis ratio fuit deorum terreſtrium, *quibus*, ut ait Lutatius, *ſupra terram ſacrificamus: Terreſtres* Deos interpretor ἐπιχωρίους, *heroës*, *Deos locales*, quos etiam χθονίους Græci vocant. Apollon. Rhodius lib. 2. Argonaut.

—— Χθονίοις παρεκάτθετο νύμφαις:

Recte Scholiaſtes, ταῖς ἐπιχωρίοις, licet frequenter χθόνιος pro καταχθόνιος & ὑποχθόνιος ponatur. Et ita plane Porphyrius in lib. de Antro Nympharum: Ὡς γὰρ τοῖς μὲν Ὀλυμπίοις θεοῖς ναούς τε καὶ ἕδη, καὶ βωμοὺς ἱδρύσαντο, χθονίοις δὲ καὶ ἥρωσιν ἐσχάρας· ὑποχθονίοις δὲ βόθρους

βόθρους καὶ μεγάρα, οὕτω καὶ τῷ κόσμῳ ἄντρα τε καὶ σπήλαια, &c. Notandum autem eſt ἐσχάρας vocari, in quibus terreſtribus & heroibus ſacrificabatur, vox enim hæc propria. Pollux: ἐσχάρα δ' ἰδικῶς δοκεῖ μὲν ὧδε ὀνομάζεσθαι, ἐφ' ἧς τοῖς Ἥρωσιν ἀποθύομεν. Fueruntque aræ minime elatæ, ſed paulo ultra terram ſurgentes, & concavæ, hinc ait Lutatius iis *ſupra terram ſacrificatum*, quia victimæ etiam terram intuebantur, nec neceſſe eſſet earum cervices torquere, ut ſanguine ἐσχάρας perfunderent, quod in ſacrificiis cæleſtium Deorum neceſſarium fuiſſe ſtatim dicemus. Heſychius: Ἐσχάρα, βωμὸς ἴσοπεδος οὐκ ἐκ λίθου ὑψούμενος: male corrigunt ὁ ἐκ λίτου: nam ſi altus quomodo poteſt dici ἰσόπεδος, idque etiam notant alii Grammatici, Suidas: Ἐσχάρα. ἐσχάραν φησὶ καλεῖσθαι Λυκοῦργος, καὶ ἀμμώνιος, τὴν μὴ ἔχουσαν ὕψος, ἀλλ' ἐπὶ γῆς ἱδρυμένην ἢ κοίλην. Quibus in verbis ego nihil ſani reperio, quare non mirum ſi & Portus humani quid paſſus ſit: Grammaticum, cui nomen Lycurgo, neminem novi, Rhetorem ſcio Athenienſem filium Lycophronis, æqualem Demoſthenis, cujus auctoritate uti Suidam credo, & dicere eam vocem apud eum reperiri: quare emendo: Ἐσχάρα: Λυκοῦργος: καὶ Ἀμμώνιος ἐσχάραν φησὶ καλεῖσθαι τὴν μὴ, &c. Atque ita locus erit planiſſimus. Ammonium autem intellige Lamprienſem, qui illud dixerat libro primo *de ſacri-*

ſacrificiis. Ejuſdem nominis Auctor de Vocum Differentiis: Βωμὸς, Ἑστία, ἐσχάρα καὶ Μέγαρον διαφέρουσι· καθὰ καὶ Ἀμμώνιος ὁ Λαμπτρεὺς ἐν πρώτῳ περὶ θυσιῶν. Atque ita locum illum Suidæ legi apud Harpocrationem quem ille integrum fere transſcripſit, poſtea vidi: locus ſic ſe habet: Ἐσχάρα, Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ Ἱερείας. Ἀμμώνιος ἐν τοῖς περὶ Βωμῶν, ἐσχάραν φησὶ καλεῖσθαι τὴν μὴ ἔχουσαν ὕψος ὡς ἑστίαν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς γῆς ἱδρυμένην κοίλην. Unde patet apud Suidam delendam eſſe particulam ἢ: nec quenquam moveat Harpocrationem citare libros Ammonii περὶ βωμῶν, Ammonium vero περὶ θυσιῶν: nam unum idemque volumen fuit, cui titulus περὶ βωμῶν καὶ θυσιῶν, *De aris & ſacrificiis*, ut patet ex eodem Harpocratione in Ἀμαζόνιον. Oratio Lycurgi inſcribitur περὶ Ἱερείας, itidem, ut opinor, corrupte: Ἱέρεια enim numero ſingulari eo ſenſu non dicitur, nec Græcum eſt: τὸ ἱερεῖον victima eſt ſeu hoſtia: & ἱερεῖα Heſychius exponit θύματα, & ἐφιέρεια ſunt *Donaria*: quare emendo περὶ ἱερατείας: Is titulus legitur apud Suidam in Λυκοῦργος, ubi genuinas ejus orationes recenſet: περὶ τῆς ἱερατείας, περὶ τῆς ἱερωσύνης, *de religione*, *de ſacerdotio*: quaſi duæ fuerint diverſæ, quod non videtur: Imo lego, περὶ ἱερατείας ἢ περὶ τῆς ἱερωσύνης. *De ſacerdotio*. Illud tamen quod περὶ τῆς ἐσχάρας, notant veteres, perpetuum non eſt: nam interdum etiam hoc nomine Deorum aras

aras vocant, ſed Poëtæ: notat ipſe Pollux lib. 1. cap. 1. ἔνιοι δὲ τῶν ποιητῶν, καὶ τὸν τῶν θεῶν βωμὸν οὕτω κεκλήκασιν. Teſtem do Euripidem apud quem chorus in Phœniſſ. ℣. 291. canit.

Μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος
Μαντεῖα σεμνά, Λοξίου τ' ἐπ' ἐσχάρας.

Ubi nulla cauſa vertuntur *penetralia*: notat Scholiaſtes: διαφέρει βωμὸς καὶ ἐσχάρα· Βωμοὶ γὰρ ἐστιν, ὁ εἰς ὕψος ἀποδομημένος, καὶ ἀνάβασιν ἔχων, ἐσχάρα δὲ ἡ ἐν τετραγώνῳ περὶ γῆν βάσις βωμοῦ, τάξιν ἔχουσα ἄνευ ἀναβάσεως. Et ita Sophoclem & Euripidem in alia Comœdia locutum notat Ammonius: παρὰ δὲ Εὐριπίδῃ, inquit, Ἐσχάρα ἀντὶ τοῦ βωμοῦ κεῖται ἐν πλεισθένει,

Μῆλος φάγεται δαιμόνων ἐπ' ἐσχάραις.

Καὶ Σοφοκλῆς ἐν χρύσῃ. Verſus Sophoclis deſideratur. Cum propriè, ut dixi, Heroibus tribuatur; Neanthes Cyzicenus in libro tertio. *De iis quæ ad ſingulas pertinent urbes*, apud Ammonium; ἰδίως δὲ Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἐν τρίτῳ τῶν κατὰ πόλιν βωμοὺς θεῶν φησιν, ἐσχάρας δ' Ἡρώων. Vult tamen Scholiaſtes Euripidis proprie dici de foſſa, in quibus mortuis parentatur. Ἐσχάρα δὲ κυρίως, ait, μὲν ὁ ἐπὶ τῆς γῆς βόθρος, ἔνθα σφαγιάζουσι τοῖς κάτω ἐρχομένοις. Βωμὸς δὲ ἐν ᾧ θύουσι τοῖς ἐπουρανίοις θεοῖς. Sed ob hoc nos non cruciamur, cum ſciamus fere eandem rationem fuiſſe parentandi heroibus, & ſacrificandi inferis. Hinc autem ad Deos, quorum aræ vel altaria, quibus ſi fiebat, cervix victimæ invertebatur, ut cælum aſpiceret,

& ut ſanguine ſuo per fauces excito altare imbuat. Nam ut ait Porphyr. l. 4. de Abſtin. ἔςι νόμος τοῖς ἱερεῦσιν ὁσημέραι τ̃ βωμὸν αἱμάσσειν. Τοῦτο ϳ ὅτι ἐ γνώμη γίγνεται ἀνθρώπων, ἀλλὰ κτ̃ θεὸν, ὁ τότε καιρὸς ἀπέδειξε. Et nummi ſunt qui id ipſum abunde teſtantur, nec duos elegantiſſimos appingere gravabor: quorum unus ob oculos nobis ponit ſacrificium Græcorum, forte quod in Aulide factum, nam in altera parte pingitur filia



Agamemnonis his litteris ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ ΑΓΑ-

ΜΕΜΝΟΝΟΣ in averſa vero ΕΛΛΗΝΩΝ. ΚΑΛΛΙΕΡΗΜΑ. Ignis altari impoſitus, jugulum victimæ ſuper illud tenetur, ut ſanguine ſuo & altare pariter & flammam perfundat. In altero vero tota victima aræ impoſita, cujus collum ita torquetur, ut plane cœlum reſpiciat. Nummi certe affabre facti, & qui unice ſententiam noſtram probant, & ex primo interpretandus elegans Virgilii locus, qui id vocat *in flammam jugulare*

——— ——— *raptaſque ex omnibus agris*
In flammam jugulant pecudes. ———

Alter vero oſtendit quid ſint victimæ, quas Græci ἐπιβώμια μῆλα vocant, quæ ſcilicet aris impoſitæ totæ jugulantur: nam recte Suidas ἐπιβώμιον interpretatur τὸ εἰς τὸν βωμόν, quomodo ἐπιβώμιον πῦρ eſt *ignis ſuper aras*: tales victimæ occurrunt apud Apollon. Rhod. lib. 4. Argonaut. ℣. 1129.

Αὐτίκα δ' κρητῆρσι κερασσάμενοι μακάρεσσιν
Ἣ θέμις, εὐαγέως ἐπιβώμια μῆλ' ἐρύσαντες,
Αὐτονυχὶ κούρῃ θαλαμήϊον ἔντυνον εὐνὴν
Ἄντρῳ ἐν ἠγαθέῳ. ———

Ubi vide quam apte nummus hic illis ex verbis explicetur; nam non ſatis habuit dicere ἐπιβώμια; ſed etiam addit ἐρύσαντες, ut ſignificet eorum colla fuiſſe inverſa. Quæ quidem ſacrificandi ratio à natura ipſa inventa eſt, quæ, teſte Longino, πρῶτόν τι καὶ ἀρχέτυπον γενέσεως στοιχεῖον ἐπὶ πάντων ὑφέστηκε. Ut autem hæc obſerva-

ſervatio ſit numeris ſuis abſoluta, addenda etiam eſt circumductio reorum, cum viri magni vel alii per omnes urbis vicos, reducto comâ capite, velut ſpectaculum quoddam vel ludibrium ducuntur: hoc ut adjiciam, jubet me elegantes Græcorum formulæ, quibus triſtem hunc morem deſignant, & vocis hinc nova apud poſteriores ſcriptores uſurpatio. Sed rem totam primus explicet Sueton. in Cal. cap. 35. *Hunc*, inquit, *ſpectaculis detractum, repente & in harenam deductum Thraci & mox Hoplomacho comparavit: biſque conſtringi victorem ſine mora juſſit: & pannis obſitum vicatim circumduci, ac mulieribus oſtendi, deinde jugulari.* Plinius in Paneg. Trajani: *Contigit deſuper intueri deletorum ſupina ora, retortaſque cervices:* Id nempe eo factum, ut ab omni populo poſſent aſpici: Nobiliſſimum exemplum erit Vitellius, de quo Suetonius fine ejus vitæ: *Donec religatis poſt terga manibus, injecto cervicibus laqueo, veſte diſciſſa ſeminudus in Forum tractus eſt, inter magna rerum verborumque ludibria, per totum viæ ſacræ ſpatium, reducto coma capite, ceu noxii ſolent, atque etiam mento mucrone gladii ſubjecto, ut viſendam præberet faciem neve ſubmitteret.* Græci utuntur duobus ad hunc morem notandum vocabulis, quarum unum rem magnificam, alterum ſacram notat: τϱιάμβον & πομπὴν vocant. Hermenopolus lib. 6. tit. 3. §. 8. de Pœna, quam

Patriarcha Athanaſius ſtatuit in virgines proſtratæ pudicitiæ. Εἰ δὲ ἐκδῶ ἑαυτὴν ἀβιάστως κουρᾷ καὶ πομπῇ σωφρονίζεσθαι, *ſi vero ſeſe abſque ulla vi dediderit, tonſione ac traductione eam caſtigari*, quæ fere eadem pœna quam. Germani olim in adulteras ſtatuerunt, narrante Tacito in libello de moribus Germanorum. Idem lib. eod. tit. 14. §. 12. ὁ πιστὸς τὴν διὰ δαρμοῦ καὶ κουρᾶς, καὶ θελάμβου καὶ διηνεκοῦς ἐξορίας ὑπομενέτω τιμωρίαν. *Is fuſtibus caſus ac raſus, traductionis ac perpetui exilii pœna afficiatur.* Ubi nollem viro docto excidiſſet. θελάμβοι hic idem videtur appellare quod ſupra πομπὴν ſupplicii genus: apage iſtud *videtur*, & verum habebis. Nicetas Choniates Πομπεύειν dixit lib. 4. μετὰ δὲ περιάγων αὐτὸν ὁ κήρυξ ἐκ τοῦ τραχήλου σχοινόδετον, ἐπεβόα οὑτωσὶ τρανώτερον, ὅς τις τὸν ἐχθρὸν τοῦ βασιλέως προσιόντα οἱ εἰσοικίζεται, καὶ διδοὺς ἐφόδια ἐκπέμπει, οὕτω καὶ μαστίζεται καὶ πομπεύεται. *Deinde collo funi inſerto à Præcone circumducitur, magna voce proclamante: Quiſquis Imperatoris hoſtem ædibus recipit, datoque viatico dimittit: & flagellatur & circumducitur.* Et hoc ex more vox Πομπὴ novam plane & inauditam recepit ſignificationem: non enim honorem diis exhibitum notat, ſed *ludibrium* & *probrum*: Conſtantinus lib. 1. de Themat. ἔχει δὲ πόλεις ἐπισήμους ἡ Παφλαγονία τοσαύτας. Πρώτην μὲν μητρόπολιν, Γάγγραν: δευτέραν δὲ Ἄμαστραν, Τρίτην Σώραν. Τετάρτην Δαδύβραν, πέμπτην

Ἰωνόπολιν. ἔκτην, Πομπηϊούπολιν. Πομπὴ γὰρ εἰσὶ καὶ ὄνειδος, καὶ ἐξουθένημα τοῦ ἀνθρωπείου γένους. *Sunt autem ludibrium, probrum, & dedecus generis humani.* Cæterum *funem* illum, cujus meminit Nicetas, *laqueum* vocat Sueton. in Vitell. cap. 17. *Injecto cervicibus laqueo.* Nec contenta hac re crudelitas majorem ignominiam excogitavit; Noxii quippe & damnati inter cætera ludibria capiſtrati frænatique trahebantur, ut docet ὁ πανὺ Gronovius lib. 2. Obſervat. cap. XXII. & nummus à Schotto exhibitus in notis ad Zenobianum cujus hic Ectypum damus,



ſuſpicatus aliquando fueram, cujus & me conjecturæ nondum pœnitet, nummum illum M. Velſeri meliore jure eo ex ritu interpretari, quo cantores labia & faciem φορβειαῖς conſtringebant, ne tumeſceret. Hæc lora, ut dixi, Græci φορβειάς vocant Sophocles apud Dionyſium

nyſium Longinum cap. 2. περὶ ὕψους. φλοιώδης γὰρ ὁ ἀνὴρ καὶ φυσῶν, κατὰ τὸν Σοφοκλέα,

Μικροῖς μὲν αὐλίσκοισι, φορβειᾶς δ' ἄτερ,

qui locus plenior exſtat apud Ciceronem lib. 2. ad Attic. Epiſt. 16. *Ligulam* vertunt, male, ut volunt Q. Septimius Florens ad Veſpas Ariſtophanis, & Faber ad Longinum: cum enim reis capiſtrum ſeu funis ori inſeratur, & hic pellicula ſuprema & infima labia, relicto parvo ad inflandum foramine, recte rationem dubitandi eſſe unuſquiſque viderit: adde quod videatur eſſe Satyri effigies, quos cantare tibiis edoctos notum ex hiſtoria Marſyæ apud Ovidium. Nam quod ait Schottus hunc nec cornua nec barbam habere, quæ propria Satyrorum, illud me ſententiam mutare non coget, maxime cum viderim in porticu illuſtriſſimi Ducis Mazarini ſtatuam Satyri ſine cornibus, capillitio modico, manu ſiniſtra fiſtulam junctam tenentem, pelle ferina ornatam, quodque notandum, pedibus humanis: ſed facies ridens, & illa quæ dixi inſignia, dubitare me non ſinunt quin ea ſtatua Satyrus repræſentetur; nam & Horatius eos *riſores* vocat, & veteres Etymologiam Satyri deduxerunt à σεσηρέναι, quod more irridentium detorto & depravato ore eſſent, Ælianus lib. 3. ποικ. cap. 40. Σάτυροι μὲν ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι: Σιληνοὶ δὲ ἀπὸ τοῦ σιλλαίνειν, quam tamen recte explodit quia caret Analogia, eruditiſſimus Caſaubonus lib. 1.

 cap.

cap. 2. de Satyrica Græcorum Poëſi, & in medium ſolum à me allata eſt, ut riſus & cachinnos eorum proprios fuiſſe pateat.

CAP. XIII.

Phædrus correctus; Rigaltii, Rittershuſii, Freinſhemii ſententiæ improbatæ.

ÆSopicarum Fabularum Auctoris, Augusti liberti ea Fab. LXXXVI. verba ſunt,

Tunc ſimulans ſeſe veſtimentis ruſticus
Porcellum obtegere, quod faciebat ſcilicet,
Sed in priore quia nil compererant, latens
Pervellit aurem vero ——

Rigaltius & Rittershuſius poſt *latens* ponunt aſteriſcos: Faber, Schefferus & Freinshemius vulgatam ſervant: & horum pars vel ſilentio omittit, vel conjecturis ſuis reſtituere conatur. Freinshemius iſta *quod faciebat* uſque ad τὸ *pervellit* Parentheſeos notis includit: neque ita tamen tollitur obſcuritas, nec ejus ſententiæ refellendæ immorabor: Schefferus *latens* ait ſcilicet ruſticus: vult ſpectatores non habuiſſe eum ſuſpectum, ac propterea nec ſinum excutere juſſiſſe: & ſic illud *latere* uſurpat quaſi ſit poſitum, pro non obſervari, non intelligi: nec hic mihi ſatisfacit, imo dum explicare nititur, in majores me ambages trudit. Ruſticus enim *latere* non poteſt dici, qui omnium oculis erat expoſitus:

conce-

concedamus *latere* pro non obſervari, non intelligi hic poſſe ſumi, quid illis fiet, *ſed in priore quia nil compererant?* Sane referenda aliquo, cum τὸ *ſed* apertam relationem includant. Verum dicat quis, num tu meliora? Ego quid alii judicaturi ſint neſcio, quid præſtaturus mihi conſcius ſum occurrebat legi poſſe,

Sed in priore qua nil compèrerant, latet.

Latet ſcilicet Porcellus in ſinu villici, dum populus ſtudio ſtupidus excuti eum non jubet. Cum tamen duritiem, quale vitium longe à Phædro remotum, advertam, & hanc conjecturam præ alia ſprevi, quam, ſi quid Divinationibus his credendum, veram puto:

Tunc ſimulat ſeſe veſtimentis ruſticus
Porcellum obtegere, quod faciebat ſcilicet.
Sed in priore quia nil compererant, tacent.

Tacent ſcilicet ſpectatores, nec clamant perſcrutandas veſtes ruſtici, num quid intra eas occulti gerat. In re clara verbis parco, & hanc probaturum conjecturam unumquemque crediderim, qui hos libellos evolverit.

CAP. XIV.

D. Auguſtinus ſemel à gloſſa liberatus: Utiles Dii & Inutiles: *ſemel correctus*, jactatio membrorum.

INutiles *dii* dicuntur Auguſtino, qui nullam operam mortalibus præſtare, nec peſtem, famem, aliaque mala depellere poſſunt. lib. 3. cap. 17. de Civit. Dei. *Ubi erant, quando peſtilentia maxima exorta, diis inutilibus ſine remedio populus diu multumque fatigatus, nova lectiſternia, quod nunquam antea fecerat, exhibenda arbitratus eſt.* Viden' quid ſit? Illud *ſine remedio* mihi quidem ſuppoſititium eſt, cum nihil ſit niſi interpretatio *Deorum inutilium*: quod etiam confirmatur vetuſto Codice, cujus licet lectio depravata, hæc tamen verba omittit: *quando imminente peſte maxima exportandis inutilibus populus, &c.* Et talibus diis opponuntur *utiles* ipſe Auguſtinus lib. 10. cap. 18. de Civit. Dei. *Non enim ſe aliter colendos eſſe perſuaſerunt niſi mirabilibus operum effectibus, quorum & hiſtoria gentium teſtis eſt, quarum dii ſe oſtentare mirabiles potius, quam utiles oſtendere potuere.* Sunt a. *dii inutiles*, qui nihil juvant, qui calamitates non depellunt, & qui obſunt potius, quam proſunt. Ita *inutile* Latinis eſt damnoſum & pernitioſum. Corn. Nepos The-

Themiſtocle: cap. 7. ubi ille alloquitur Senatum Lacedæmoniorum: *Athenienſes ſuo conſilio, quod communi jure gentium facere poſſent, Deos publicos, ſuoſque patrios ac penates, quo facilius ab hoſte poſſent defendere muris ſepſiſſe: neque eo quod inutile eſſet Græciæ feciſſe.* Idem Auguſt. lib. 7. cap. 24. *Cymbalorum ſonitus, ferramentorum ictus, jactandorum ac manuum.* Locus haud dubie à mala manu, qui tamen reſtitui poteſt ſi legatur, *jactatio membrorum ac manuum:* τὸ *membrorum* in ultimis *jactandorum* eſt, quæ voces facile injuria operarum potuerunt coaleſcere: in ſequentibus lego *qui* non *quid*: Favet ipſe Auguſtinus huic emendationi dum paulo poſt ait, *jactatio inſana membrorum, crepitus cymbalorum:* Ovidius;

——— ——— molleſque miniſtri
Cædunt jactatis vilia membra comis.

Sed nota quæ hanc in rem dici poſſunt.

CAP. XV.

Horatius explicatus: Ὀβελίζειν: ἀποσημειοῦν & ὑποσημειοῦν *quæ confundit Heinſius;* ὑποσημειώσεις ponere ſigna novis præceptis, παρασημειοῦν, adnotare, error nominis, *Suetonius explicatus.*

O'Βελίζειν dicuntur Litterati, quando opus aliquod evolventes, ſi qua ſpuria vel aliena irrepſerint, ea obelo ſeu veru notant, à cujus ſimi-

ſimilitudine linea hæc dicta eſt: hinc ὀβελισμὸς notatio quæ fit appoſito obelo. Cicer. lib. 9. ad Fam. Epiſt. 10. *Alter Ariſtarchus hos ὀβελίζει: obelo & aſteriſco diſtinguere*, & *obelo prænotare*. D. Hieronymum dixiſſe notarunt eruditi, quod abſolute etiam *adnotare* vocabant. Suetonius ſine ejus libelli: *Multaque exemplaria contracta emendare, ac diſtinguere & adnotare voluit, ſoli huic nec ulli præterea Grammatices parti deditus*. Quæ tria *emendatio*, *diſtinctio*, *adnotatio* diſtincta fuerunt; *emendantur* enim loci corrupti, *diſtinguuntur*, cum diſtinctiones & ſubdiſtinctiones apponuntur, quæ non fuerunt cola, ſemicola, quæ hodie in uſu, ſed puncta pro ſitu aliter atque aliter valentia, ut videre licet apud Salmaſium in quadam ad Sarravium Epiſtola. *Adnotabantur* autem ſpuria & aliena veru vel obelo notantur. Quæ *adnotatio* in iis quoque fiebat, de quibus dubitabant, & amplius vel non liquere pronuntiabant, adhæc quæ carpebant vel laudabant. Plinius lib. 3. Epiſt. 5. *Mox, quaſi alio die, ſtudebat in cœnæ tempus: ſuper hanc liber legebatur, adnotabatur, & quidem curſim*. Idem ead. Epiſt. *jacebat in ſole, liber legebatur, adnotabat excerpebatque, nihil enim legit, quod non excerperet*. Lib. 3. Epiſt. 13. *Sed quid ego hæc doctiſſimo viro: quin potius illud, annota quæ putaveris corrigenda*. Græci Ἀποσημειοῦν dicunt, & notulas illas ἀποσημειώσεις, quare factum ut eum titulum libris ſuis facerent

rent ii, qui commentarium in Philoſophos ſcribebant: ut Ἀποσημειώσεις Alexandri in Elenchos Ariſtotelis, & aliorum in eundem habemus, quæ appellatio non aliunde fluxit, quam quod loca, de quibus dubitabant, vel quæ improbabant, ſigno illo notarent & in ea commentarium ſcriberent, quæ miror non cepiſſe virum cætera doctiſſimum & patriæ noſtræ quondam decus Danielem Heinſium ad Horat. lib. 2. Satyr. 4. Nam quod ἀποσημειοῦν & ὑποσημειοῦν confundit, &. eadem eſſe vult, in eo aliquid humani paſſus eſt; illud enim ad adnotationem, quæ quomodo ſit facta, mox pluribus docemus, hoc ad ſcribendi rationem refertur, qua verba recitantis notis excipiebant. Plane id adſtruit Diogenes Laërtius in vita Xenophontis: καὶ πρῶτος ὑποσημειωσάμενος τὰ λεγόμενα, εἰς ἀνθρώπους ἤγαγεν, ἀπομνημονεύματα ἐπιγράψας. *Primus omnium quæ dicebantur notis excepta in publicum edidit, commentarium inſcribens.* Libri ipſi vocantur ὑποσημειώσεις: Iamblichus lib. I. cap. XXIII. de vita Pytagoræ: Καὶ τοὺς ὑπομνηματισμούς τε καὶ ὑποσημειώσεις, καὶ αὐτοὺς ἤδη τὰ συγγράμματα καὶ ἐκδόσεις πάσας, ὧν τὰ πλείονα μέχρι καὶ τοῦ ἡμετέρων χρόνων διασώζεται, οὐ τῇ κοινῇ καὶ δημόδει, καὶ δὴ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν εἰωθυίᾳ λέξει σύνετα ἐποιοῦντο. Ubi peſſime verſum *ſubſcriptiones*: Sunt enim præcepta, quæ per notas ex ore docentis Pythagoræ excepta ſcripſerunt, taleſque multos libros

libros fuiſſe narrat idem cap. XXIX, quibus Pythagoræi non ſuum, ſed ipſius Pythagoræ nomen præfigebant. Τὰ γὰρ, inquit, ἀπὸ τῆς ἀκροάσεως αὐτοῦ συγγεγράφθαι, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἑαυτῶν ἐπεφήμιζον αὐτὰ, ἀλλὰ εἰς Πυθαγόραν ἀνέφερον αὐτὰ, ὡς ἐκείνου ὄντα: *Quæ ex ore ipſius audita exceperunt & in litteras retulerunt ea ne pro ſuis quidem venditarunt, ſed retulerunt ad Pythagoram tanquam quæ ipſius eſſent.* Neque id omnibus ejus diſcipulis conceſſum erat ſed iis qui jam per biennium & audire & tacere didicerant. Gellius lib. 1. cap. 9. *Aſt ubi res didicerant rerum omnium difficillimas, tacere audireque, atque eſſe jam cœperant ſilentio eruditi, cui erat nomen* ἐχεμυθία; *tum verba facere & quærere, quæque audiſſent ſcribere, & quæ ipſi opinarentur expromere poteſtas erat.* Nec Philoſophi dicebantur, cum opiniones ſecum ſuas ipſi conciperent, ut vult vir doctus, atque in commentarios referrent, ἀποσημειοῦν: ſed ii, qui commentarios in aliorum libros vel præcepta edebant: atque illud eſt *ponere ſigna novis præceptis* apud Horatium,

Unde & quo latius? non eſt mihi tempus aventi
Ponere ſigna novis præceptis ——

Id eſt, præcepta nova adnotare, ſeu ὀβελίζειν, & in ea commentarios edere geſtienti. Præcepta autem ea intellige, quæ à præceptore publice docente exceperat, quod facere apud Pytha-

goram

goram vetabantur, qui in illo tempore erant, quo tacere debebant. Gell. d. l. *Is autem qui tacebat quæ dicebantur ab aliis audiebat, neque percunctari, ſi parum intellexerat, neque commentari quæ audierat fas erat*: qui locus valde Horatio explicando inſervit, cujus interpretes nugas agunt, & cæcutiunt. Hunc ad morem reſpicit idem in libello de Arte Poëtica:

Vir bonus & prudens verſus reprehendit inertes,
Culpavit duros, incomptis allinet atrum
Tranſverſo calamo ſignum: ambitioſa recidet
Ornamenta: parum claris lucem dare coget:
Arguet ambigue dictum; mutanda notabit
Fiet Ariſtarchus ———

Pro Ἀποσημειόω etiam dici poſſe προσημειόω judico: nam quod eſt apud Sueton. Caligul. cap. 27. *Cum ad ſaginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes compararentur, ex noxiis laniandos adnotavit.* Græci per προσημειόω efferunt. Ælianus lib. 14. ποικ. cap. 43. de Ptolomæo Ægypti rege: εἶτά τις αὐτῷ (ludenti teſſeris) παρεςὼς ἀνεγίνωσκε τῶν κατεγνωσμένων τὰ ὀνόματα, καὶ τὰς καταδίκας αὐτῶν προσεπέλεγεν, ἵνα ἐκεῖνος προσημειώσηται, τοὺς ἀξίους θανάτου: *ut ille quinam mortis ſupplicium commeruiſſet decerneret*: Senſui quidem ſatisfacit interpres: non antiquo ritui, ex quo vertendum fuerat, *ut ille qui morte eſſent digni, adnotaret.* Nam nomina & crimina reorum ſeu elogia

elogia erant in tabellis ſerie & ordine digeſta, quæ ipſi Imperatores apud Romanos oblata per commentarienſes legebant, vel legere jubebant, ut Ægyptius Ptolomæus. Qua autem pœna hunc vel illum dignum judicabant, illam nomini adſcribebant, unde interpretandus *error nominis* apud Sueton. Caligul. cap. XXX. *Punito per errorem nominis alio, quam quem deſtinarat, ipſum quoque paria meruiſſe dixit*: error enim in eo erat, quod alterius nomen in libello vel commentariolo *adnotaverat*, quod verbum proprium ei rei eſſe diximus, & utitur Plinius lib. 10. Epiſt. 97. *Fuerunt alii ſimilis amentiæ, quos, quia cives Romani erant, adnotavi in urbem remittendos.*

CAP. XVI.

Fragmenta Steſichori & Sophoclis apud Scholiaſtem Euripidis correcta: Ipſe Scholiaſtes bis emendatus: ῥῆσις, *interpres Artemidori notatus: meretrices triplices:* Scorta diobolaria: Τεττάρων ὀβολῶν, πέζαι, χαμαιτύπαι; σκοποιπαῖδες, Νόθοι *Athenienſium, non recte* Spurii *vertuntur: Antichroniſmus Euripidis:* Ματρόξενος *vox Rhodiorum.*

ΡΉσιν εἰπεῖν eſt locum ex aliquo Poëta recitare oblectationis gratia: Theophraſtus cap. 16. Charact. καὶ οὔτε ᾆσαι, οὔτε ῥῆσιν εἰπεῖν, οὔτε ὀρχή-

ὀρχήσασθαι ἂν ἐθελήσαι. Idem cap. 28. οἷος ῥήσεις μανθάνειν ἑξήκοντα ἔτη γεγονώς. *Annos ſexaginta natus Poëtarum verſus memoriæ mandat.* Corruptus hac in voce Scholiaſtes Euripidis ad Oreſt. ℣. 250. ubi cum ex Steſichoro rationem recitaſſet, cur Tyndarei filiæ eſſent adulteræ, & moribus deperditis, ſubjicit: ἔχει δὲ ἡ χρῆσις οὕτως: nullum dubium, quin legi debeat: ἔχει δὲ ἡ ῥῆσις οὕτως. Nam ſtatim hos Steſichori verſus ſubjicit:

Οὕνεκα Τυνδάρεως ῥέζων ἅπασι θεοῖς,
Μιᾶς λάθετο ἠπιοδώρου Κύπριδος·
Κείνα δὲ Τυνδάρεω κούραις χολωσαμένη
Διγάμους τε καὶ τριγάμους τίθησι, καὶ λιπε-
Σήνορας ————

Sic ordino & emendo: cum ante legeretur λιπεσιωόρας: primitivum eſt enim λιπεσήνωρ, pro quo paulo poſt λιψάνδρους eas vocat quos Carmine Elegiaco reddere conatus ſum:

Tyndareo venerante Deos: atque omnibus aris
Imponente ſacrum, Cypria honore caret.
Non cadit ante aras agnus, contemnitur illa
Quæ ſpargit plena dulcia dona manu.
Diva furit, pœnaſque cupit: decernit in ira,
Atque regis gnatis expiat omne ſcelus.
Terque quaterque faces accendit, ducitur uxor,
Et mox alterius pinea tæda fores
Luſtrat: nec longum ſervant ad tempus amores
Haſque Venus multis nubere velle facit.

Humani præterea hac in voce interpretanda

quid paſſus eſt Cornarius lib. 3. Oneir. Artem. cap. 61. τῶν δὲ ἐν τοῖς ὕπνοις γινομένων ἐπῶν ἢ ἰάμβων, ἢ ἐπιγραμμάτων, ἢ ἄλλων ῥήσεων, τὰ μὲν αὐτὰ παρέχει τὴν ἀπόβασιν, ὅσα γε αὐτοτελῆ διάνοιαν περιέχει: vertit, *aut aliis ſermonibus*: ſed auctor hic de Poëtis loquitur, & cum recitaſſet verſus, Iambos, & epigrammata addit & alias ῥήσεις ſeu ſententias ex Poëta deſumptas, quæ & lyrico carmine, aliiſque poſſunt componi & pangi. Et licet proprie vox hæc de ſententiis Poëticis dicatur, tamen etiam ad ſententiam ex oratore vel Philoſopho prolatam refertur: Themiſt. Orat. 14. Ἀκούετε αὖ πάλιν ῥῆσιν ἑτέραν, οὐ τὴν ἀπὸ Σκυθῶν, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ Σταγείρων, καὶ ἐν σμικροτέρα ἐστὶν ἀλλὰ ἀκούετε. *Audite rurſus alteram non à Scytharum regione ſed à Stagyris ſententiam.* Et rurſus eadem Orat. Ἀλλά με ἀποστοματίζοντα τὴν Πλάτωνος ῥῆσιν ἔθραξέ τι καὶ ἔνυξε τὴν διάνοιαν. *Sed interim cum Platonis ſententiam pronuntio, neſcio quid ſubitum mihi terrorem injecit.* Quæ alias ἀποφθέγματα, χρεῖαι, γνῶμαι & ἀποφάσεις dicuntur. ſed nunc ad Sophoclem, cujus locum antequam emendem de publicarum libidinum victimis nonnulla dicenda ſunt: Inter eas fuerunt quædam honeſtiores, ad quas libidinoſi ventitabant; quales fuerunt Thaides, Phrynæque, quas ἀδρομίσθους vocare poſſumus, ob immenſum quod exigebant pretium, & hinc Lais Ἀξίνη, ut explicat. Reineſius & Faber, vel Ἀξείνη, ut vult Scheffe-

Schefferus dicta eſt, teſte Æliano lib. 12. cap. 5. & lib. 14. cap. 35. ποικίλης. Fuerunt præterea aliæ, quæ ab alio ad alium tranſibant, & nunc apud militem, nunc apud mercatorem aliumve vitam agebant; eumque, ut ex Terentii Eunucho patet, ſequebantur, equæ vere deſultoriæ: ita enim eas vocari poſſe videor eadem ratione qua Seneca Deillium tranſeuntem à Dolabella ad Caſſium, à Caſſio ad Antonium, ab Antonio denique ad Cæſarem, *deſultorem bellorum civilium* vocat Suas. 1. de quibus meretriculis intelligendum illud Plauti in Mil. glor. 2, 1, 41.

—— —— *oſtium hoc mihi*

Domicilium eſt, Athenis domus ac herus.

E quibus Samuel Petitus lib. 2. cap. 5. Miſcell. facit *domus acherus*, nulla cauſa, ut ex ſummi Gronovii, & τοῦ πανυ Salmaſii ad eum locum notis patet. Has Græci vocabant περιπόλους & δρομάδας, ut apud Ariſtophanem: ὦ καπραίνα καὶ περίπολε καὶ δρομάς. Ab his diſtincta *ſcorta diobolaria*, quæ Meretrices erant viliſſimæ, paſſimque proſtantes multivaga Venere utebantur. Plautus. Pœn. 1, 2, 38.

Servorum ſordidulorum ſcorta diobolaria.

Ariſtenæto lib. 2. Epiſt. 16. dicuntur πεντάρων ὀβολῶν: καί τοι, inquit, γε πεντάρων ὀβολῶν ἀξίαν Θαΐς ἢ πάνυ πολλοῦ, vertit Mercerus: *at dupondiam Thaïdem magni æſtimas.* Quo reſpicit Antiſthenes cum adultero fugienti inclamaret: ὦ

δυςυχὴς, πηλίκον κίνδυνον ὀβολοῦ διαφυγεῖν ἐδύνατο. *O infelix, quale periculum vel obolo effugere potuiſti.* Apud Diogen. Laërtium. Has alio nomine χαμαιτύπας vocabant, Suidas: Χαμαιτυπεῖον πορνεῖον: Χαμαιτύπη πόρνη, ἀπὸ τοῦ χαμαὶ κειμένας ὀχεύεσθαι. Ita etiam Heſychius χαμαιτύπη, πόρνη ἄδοξος. Pollux lib. 7. cap. 33. Τὴν δὲ πόρνην καὶ χαμαιτύπην ἐρεῖς, καὶ στέγην καὶ πορνίδιον, qui etiam videri poteſt lib. 6. cap. 42. Alio nomine dicta χαμεταιρὶς. Idem Heſychius: Χαμεταιρὶς ἡ πόρνη. Præterea πέζαι vocabantur quas nemo melius quam Procopius Cæſarienſis in Ἀνεκδότοις deſcribit: ἑταίρα, inquit, εὐθὺς ἐγεγόνει, οἵαν περ οἱ πάλαι ἄνθρωποι ἐκάλουν πέζην, οὐ γὰρ αὐλήτρια οὔτε ψάλτρια ἦν (nam meretricum proprium erat fidicinam eſſe. Terent. Eun. 5, 5, 15. Athæn. l. 13.) οὐ μὴν οὐδὲ τὰ εἰς ὀρχήστραν αὐτῇ ἤσκητο, ἀλλὰ τὴν ὥραν, τοῖς ἀεὶ περιπίπτουσιν ἀπεδίδοτο μόνον, ἐκ παντὸς ἐργαζομένη τοῦ σώματος. Ubi Alemannus reddit *Planipedes. Ut primum vero ad ætatis florem, & maturitatem pervenit, ſcenæ deſtinatur à matre, ſtatimque inter proſtibulas habetur, quas veteres vocarunt planipedes. Neque enim Tibicina fuit, neque cantatrix, aut orcheſtræ habuit uſum, ſed uti quiſque obvius fuit, copiam illi fecit ſuæ pulchritudinis toto plane corpore operata.* Corruptiſſimus hac in voce Sophocles apud Scholiaſtem Euripidis ad Alceſt. ỷ. 446. editur vulgo: καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Αἴαντι Λοκρῷ ἡ πεζὰ καὶ φόρ-

μικτα.

μικτα. Καὶ πεζαὶ δέ τινες ἕτεραι λέγονται, αἳ χωρὶς ὀργάνου εἰς τὰ συμπόσια φοιτῶσι. Sed lege: καὶ πέζαι καὶ φορμικτὰς, & opponit eas Meretrices quæ ſine cithara oblectabant, & eas quæ fidibus canebant. Reliqua emenda: καὶ πέζαι δέ τινες ἑταίραι, λέγονται. Ita autem dictæ hæ meretrices, quia ſemper obambulabant. nam πέζα eſt inferior pars pedis, unde verbum πεζεύειν. Ulpianus ad Demoſthenis Olynth. 2. πέζα γὰρ τὸ κάτωθεν τοῦ ποδὸς. Ὅθεν καὶ τὸ πεζεύειν, τὸ χαμαὶ περιπατεῖν. Atque ita de his Meretricibus Heſychius: πέζας, μόσχους, οὕτως ἐκάλουν τὰς μισθαρνούσας ἑταίρας χωρὶς ὀργάνου. Σκότιοι παῖδες ſunt quos Latini *ſpurios* vocant. Appollon. Rhod. lib. 1. Argonaut. ℣. 810.

— — ἀτιμάζοντο δὲ τέκνα
Γνήσι' ἐνὶ μεγάροις, σκοτίη δ' ἀνέτελλε γενέθλη.

Homerus Iliad. 2. σκότιον δὲ ἐγείνατο μήτηρ. Euripides Alceſt. ℣. 989.

Καὶ θεῶν σκότιοι φθίνουσι
Παῖδες ἐν θανάτῳ. ——

Σότιοι interpreti *nothi* ſunt: *& Deorum nothi pereunt morte*. Qua occaſione locum quendam Euripidis examinabo in Hippol. ℣. 962.

Μισεῖν γε φήσεις τήνδε, καὶ τὸ δὴ νόθον,
Τοῖς γνησίοις σοῦ πολέμιον πεφυκέναι.

Vertit Canterus:

Diceſne quod illa te oderit, & nothum genus
Tuum legitimis & ingenuis hominibus inimicum eſt.

At quomodo Hippolytus *nothus* poteſt vocari, cum ex juſtis Theſei & Hippolytæ nuptiis procreatus fuerit: nam hanc ipſam uxorem duxiſſe teſtis eſt Suidas: Καὶ Ἀμαζόνων ϛρατὸν ἐλθόντα ἐπ' Ἀθήνας ἐχειρώσατο, καὶ τὴν βασιλίδα γήμας, ἔσχεν ἐξ αὐτῆς Ἱππόλυτον. Sed hic nothum non interpretor vulgariter *ſpurium*, ſed *peregrinum*: erat enim Hippolytus ex patre quidem Athenienſi, non autem ex matre, quæ Amazonum genere oriunda: & hanc interpretationem juvat Suidas dum νόθον exponit ξένον. Νόθος, ξένος *peregrinus*, & ſine dubio hic Euripides ἀντιχρονισμόν commiſit, reſpexitque ad legem Athenienſium, qua ſtatutum erat, ut qui matre civi natus non eſſet *nothus* diceretur: verba legis ſunt. Νόθον εἶναι τὸν μὴ ἐξ ἀϛῆς γεγονότα. *Qui matre cive natus non erit, Nothus eſto.* Quam legem longe poſt Theſeum tulit Solon, & deinde renovavit Pericles Xantippi filius, ut videre licet apud Ælianum lib. 6. cap. 10. & lib. 13. ποικ. cap. 24. & Suidam in Δημοποίητος. Ipſe etiam Hippolytus ꝟ. 1083.

Ὦ δυϛάλαινα μῆτερ, ὦ πικραὶ γοναὶ,
Μηδείς ποτ' εἴη τῶν ἐμῶν φίλων νόθος.

Et interdum addebatur νόθος ἐξ μητρός. Plutarchus init. Themiſtoclis. νόθος ἦν πρὸς μητρὸς ὡς λέγουσιν: qui illud diſcrimen, ut ex ſequentibus patet, videtur ſuſtuliſſe. Hinc etiam Latini Auctores de rebus Athenienſium loquentes, dicunt *cives* in uxores ductas. Cornel.

Nepos Themiſt. *Pater ejus Neocles generoſus fuit. Is uxorem Acharnanam civem duxit:* quod plane Plutarcho contrarium eſt: Generaliter tamen obtinuit ut Νόθοι vel Νοθογένητα ducti fuerunt liberi, quos quis ex meretrice, amica, ſerva, aliave procreavit. Heſychius: Νοθογένητα, Πορνιογένητα, οἱ μὴ γνήσιοι παῖδες, ἀλλ' ἀπὸ πόρνης, ἢ φίλης, ἢ δούλης, ἢ παλλακῆς, ἀλλότριοι, ἢ δυσγενεῖς, ἢ ψευδεῖς. Sed hæc obiter, nunc ad propoſitum. Scholiaſtæ ſunt οἱ λαθραῖοι παῖδες ἐξ ἀδαδουχήτων γάμων γενόμενοι: ubi elegantiam nota: nam Ἀδαδούχητοι γάμοι ſunt eorum, qui non ſolenni ritu nupſerunt, quibus non eſt prælata fax nuptialis, ut fieri apud antiquos ſolebat. Virg.

Mopſe novas incide faces, tibi ducitur uxor.

Ita brevium Scholiorum Auctor ad Homer. σκότιον exponit ἐκ λαθραίας μίξεως τὸν λάθρα γεγενημένον, καὶ οὐκ ἐκ τῆς κατὰ νόμου γαμηθείσης ἢ ἐξ ἀδαδουχήτων γάμων. Quos Heſychius alios ait vocare παρθηνίους, alios vero κορηναίους. Σκόπος, inquit, νόθος, ὁ λάθρα γεννηθεὶς τῶν γονέων τῆς κόρης. Τοὺς δὲ μὴ ἐκ φανερᾶς, λαθραίας δὲ μίξεως γεγονότας, σκοτίους ἐκάλουν, ἔνιοι παρθενίους, ἄλλοι κορηναίους, καθάπερ Μαρσύας ἐν τῇ ἰάδι. Apud Cretenſes tamen impuberes. Σκόποι dicuntur. Scholiaſtes Euripid. Κρῆτες δὲ τοὺς ἀνήβους σκοτίους λέγουσι. Et *ſpurios* Rhodii Μαστροξένους vocant. Idem. Τούτους καὶ Ῥόδιοι μαστροξένους καλοῦσιν. Sed lege mecum Ματροξένους. Nam Heſychius eos

exponit ſpurios: Ματρoξένυς, τὺς νόθυς παῖδας. Et vocem hanc quorundam propriam fuiſſe teſtis eſt Julius Pollux lib. 3. cap. 2. Onomaſ. Τὸν ᾗ νόθον, inquit, καὶ μητρόξενον ἔνιοι καλῦσιν: eſt autem Doricum pro Μητρoξένυς, & Dorice Rhodii loquebantur; videatur Suetonius in Tiber. cap. 56.

CAP. XVII.

Terentius bis explicatus: Rivii & Bembi conjecturæ refutatæ: Proſcribere, προγράφειν: ædes mercede inſcribere: Merces *nunquam in tabula: quid proprie* merces. Opera *Donati & Palmerii ſententiæ rejectæ, ut & Rivii*, βίος *&* vita *pro victu* ἐγχειρογάστερες: Χειροτέχναι, Γαστρόχειρες.

APud Terent. in Heaut. 1, 1. ſenex, filio duritie ſua fugato, narrat alteri, ut per ejus abſentiam vivat, ut bona ſua vendiderit, in agro opus faciat, & inter cætera ait,

——— ——— *Inſcripſi illico*
Ædes mercede ——— ———

Sed res paulo altius repetenda eſt. *Proſcribere* eſt ſcriptum publice proponere. Juſtin. 2, 12. *Et cum colloquendi copiam non haberet, quo applicaturi erant, ſymbolos proponi & ſaxis proſcribi curat.* Sueton. Jul. 49. *Miſſa etiam facio edicta Bibuli, quibus proſcripſit collegam ſuum, Bythinicam*

nicam reginam. Hinc illæ locutiones apud Quint. *In omnes gentes in omnia ventura ſæcula proſcripti ſumus.* Apud Petron. *Quid erit aliud quam ſe ipſos proſcribere.* Et alia. *Proſcribere ædes* ii dicuntur, qui domos titulo appoſito judicabant eſſe venales. Cicer. lib. 3. Offic. *Si tu cum ædes proſcribis, tabulam tanquam plagam ponas, domum propter vitia vendas, in eum aliquis incurrat imprudens.* Tabula illa, de qua Cicero (ſunt verba Claudii Salmaſii cap. xv. de M. uſur.) qua proſcribuntur ædes, in publico proponitur, non in ipſis foribus ædium venalium imponitur, quod INSCRIBI proprie dicebatur: cæterum & *proſcribere Tuſculanum* ſcilicet fundum dixit Cicero lib. 6. ad Attic. 1. & *proſcribere auctionem* lib. 13. ad Att. cap. 37. Græci eodem ſenſu προγραφὴν uſurpant. Plutarchus in Apoph. Ciceronis: Φαύστου δὲ τοῦ Σύλλα παιδὸς διὰ πλῆθος δανείων ἀπάρτιον προγράψαντος, ταύτην μᾶλλον (ἔφη) τὴν προγραφὴν ἀσπάζομαι, ἢ τὴν πατρῴαν αὐτοῦ. *Idem quum Fauſtus Sullæ filius ſupellectilem propter æris alieni magnitudinem proſcripſiſſet. Hanc,* inquit, *magis amo quam Patris ejus proſcriptionem.* Nunc ut ad Terentium veniamus, Bembus, teſte Rivio, legit, *ædeis, mercedem quaſi*, &c. Et quæ lectio verior ſit ſibi non liquere ait Rivius, motum credo Bembum ut hoc mutaret, quia pretium nunquam in tabula proponebatur patet ex Plin. lib. 7. Epiſt. 27. de

domo, in qua ſpectrum apparebat. *Deſerta inde & damnata ſolitudine domus, totaque illi monſtro relicta proſcribebatur tum ſeu quis emere ſeu conducere ignarus tanti mali vellet. Venit Athenas Philoſophus Athenodorus, legit titulum, auditoque pretio, quia ſuſpecta vilitas, percunctatus omnia docetur.* Nam ſi pretium fuiſſet in titulo, ſeu tabula illa, quo domus proſcribebatur, non addidiſſet Plinius, *auditoque pretio.* Fabricius vulgatam retinet & adſtruere conatur illo Plauti: *Ædes venales haſce inſcribit litteris*: ſed hæc toto cœlo diverſa: *inſcribere ædes mercede*, nihil eſt aliud quam eas locare velle, & vox hæc additur, ne de venditione intelligatur: nam æque domus quæ venditur quam quæ locatur *inſcribi* poteſt dici. Nec moveat aliquem rarior uſus τȣ̃ *merces. Merces* enim omne id ſignificat, quod ex agris locatis, pecunia ſub uſuris credita, & aliis rebus, quarum proprietas ad nos, uſus ad alios pertinet redigimus. Cicero lib. 12. ad Attic. 32. *Ut ſumptus hujus peregrinationis accommodet ad mercedes Argileti.* Eadem epiſtola: *Præſtabo nec Bibulum, nec Acidinium, nec Meſſallam, quos Athenis futuros audio, majores ſumptus facturos, quam quod ex eis mercedibus recipietur.* 15. ad Attic. 17. *Quod ſcribis tibi deeſſe* H. S. C. *quæ Ciceroni curata ſunt, velim ab Erote quæras; ubi ſit merces inſularum.* Epiſt. 20. *De mercedibus dotalium prædiorum.* Quæ

omnia

omnia de prædiis ſunt intelligenda: de uſuris vero illud Perſii Satyr. 6.

Fœnoris accedat merces, hinc exime ſumptus.

Et illud Horatii: *Hic quinas capiti mercedes excæcat*. Et apud Pomponium in Atellana, *Græca merces* pro uſura Græca, notante Salmaſio: Concidit igitur Bembi lectio, & nihil eſt quod Rivius dubitet, cum fieri non poſſit, ut quis mercedem dicatur colligere ex rebus quas vendidit, quod tamen etiam vult Gujetus, & *mercedem* exponit pretium rerum venditarum, id eſt, mancipiorum, ædium. Quod equidem nondum didici, & ſi diſcere velim inanem me ſumpturum operam credo, cum à nemine eo ſenſu vox illa uſurpetur, quippe quæ ſemper id ſignificat, quod ex fructibus, ædibus locatis aliiſque capitur. Apud eundem Phormionis in Comœdia cognomine Act. 2. Sc. 3, ℣. 16. verba ſunt.

Nam jam adoleſcenti nihil eſt quod ſuccenſeam,
Si illum minus norat: quippe homo jam grandior
Pauper, cui opera vita erat ——

Nugas hic agit Donatus, qui ait; *Opera ſeptimi caſus eſt & vita Nominativi:* ut notavit jam ante Palmerius; neque tamen ejus ſententiæ accedo, dum vult *opera* hic adjectivum eſſe pro *operaria*: interdum ſic locutos auctores non ſum ignarus, ut duobus ſubſtantivis junctis

ctis alterum pro Adjectivo ponant: Sic *juvenes jocos* pro *juveniles* dixit Perſius Satyr. 6. quanquam *juvenis* adjectivum poſſit videri, cum dicatur *homo juvenis*. Ibidem legitur *Ligus ora* pro *Liguſtica*: apud Propert. lib. 2. Eleg. 23. *fœmina turba*: apud Salluſtium, *Galliæ mulieres*: & apud Virgil. *Corydon certamen*, id eſt, *certator*, ut explicat Albericus Gentilis cap. 14. Lect. Virgil. Ita *γυναῖκα μαζὸν* pro *γυναίκιον* dixit Homerus Iliad. *ω.* *μανίασιν λυσσήμασι* pro *μανίασι λύσσαις* apud Eurid. Oreſt. ℣. 270. Χειρὶ ἀδελφῇ, pro ἀδελφικῇ, Oreſt. ℣. 222. & alia apud eundem, alioſque leguntur. Sed hæc hujus loci eſſe, & ſic Terentium commode vel vere poſſe explicari, id pernego. Rivio placet, *cui in opere vita erat*, quod etiam in MS. repperi. Ego his rejectis vulgatam retineo, & veram eam germanamque lectionem eſſe pronuntio, atque utramque vocem nominativi caſus: *Cui opera vita erat*, id eſt, cui opera victus erat, qui ex opera ſe tuebatur & alebat, ut idem fere ſit, quod ait pauper apud Quintil. Declam. 13. *Periere vires, cenſus meus:* & *vitam* pro victu ſumi non eſt infrequens, quod ſit Græcorum imitatione quibus eo in uſu eſt Βίος. Heſiodus in operibus, ℣. 31.

Ὧ τινι μὴ βίος ἔνδον ἐπηετανὸς κατάκειται
Ὡραῖος, τὴν γαῖα φέρει, Δημήτερος ἀκτήν.

Et verſu 223.

Τοῖσι φέρει μὲν γαῖα πολὺν βίον ——

Euri-

Euripides Phœniſſ. v. 403.

Πόθεν δ' ἐβόσκου, πρὶν γάμοις εὑρεῖν βίον.

Et Hecuba v. 12, ubi umbra Polydori ait ſe orto bello Trojano commendatum cum magna auri vi eſſe Polymneſtori.

——— ἵν' εἴποτ' Ἰλίου τείχη πέσοι
Τοῖς ζῶσιν εἴη παισὶ μὴ σπάνις βίου.

Vt ſi quando Ilium caderet, viventibus filiis victus ſufficeret. Nihilque frequentius in Novo Teſtamento: hinc illud Latini, Juſtinus lib. 27. cap. 2. de Antiocho: *Vnde Hierax eſt cognominatus: quia non hominis, ſed accipitris ritu, in alienis eripiendis vitam ſectaretur.* Nam *vitam ſectari* ibi poſitum ut Ennio *vitam quærere*: *Nautiſque mari quærentibus vitam*, notante Gronovio, in eruditiſſimo de pecunia veterum opere Plautus Trin. 2, 4, 76. *Nec illi concedam quicquam de mea vita:* quæ ſignificatio nec fugit Donatum ad Phorm. 1, 3, 12. *Vita autem & mores ſignificat, & animam,* inquit, *& alimentum, & ſpatium vivendi, & fortunam accidentem viventibus.* Hi Græcis peculiari notione ἐγχειρογάστορες dicuntur. Suidas οἱ ἀπὸ τῶν χειρῶν ζῶντες exponit, quod nomen Cyclopibus, Fabris illis fulminis, dat Scholiaſtes Euripidis ad Oreſtem. Κύκλωπες ἢ οἱ ἐγχειρογάστορες περιετείχησαν τὰς Μυκήνας, οὓς ἡ ἱστορία φησὶ τὸν κεραυνὸν τῷ Διῒ κατασκευάσαι: ut idem de his, quod de Chalybum populo dicit Apollonius Rho-

Rhodius lib. 2. Argonaut. ℣. 1007, uſurpari poſſit.

Ἀλλὰ σιδηροφόρον στυφελὴν χθόνα γατομέοντες
ὦνον ἀμείβονται βιοτήσιον ——
Sed duro & ferri ferace aperiendo ſolo
Pretium permutant cibarium ——

Locus obſcurior explicatione eget: & nihil eſt aliud, quàm ſi dicat, eos fodiendo terram pecuniam colligere, unde ſibi res vitæ neceſſarias comparant: non audio alios, qui explicant, quaſi pro iſta opera acceperint victum, & cibos, nam ὦνος eſt pretium quod emptor perſolvit pro re quam emit: ἀμείβονται autem dicit, quia labore ſuo illam pecuniam mutuabantur. Vocantur præterea γαστρόχειρες: Heſychius, Ἐγχειρογάστορες οἱ ἀπὸ τῶν χειρῶν γαστριζόμενοι· καὶ τῇ γαστρὶ πορίζοντες, λέγονται δὲ καὶ γαστρόχειρες: qui Herodoto ſunt χειρώνακτες, & opificium ipſum χειρωναξίη.

CAP. XVIII.

Gloſſa correcta, Γέῤῥα, vox Sicula: velut opprobrium Athenienſibus objecta, cujus rei vera ratio. Eugraphius correctus, Bos Luca; Duplicarius: tædiare, barbare, *& alia.*

GErræ ſunt crates vimineæ, quibus vinearum latera muniebantur, ne ſaxorum telorumque impetu lædi poſſent milites ſub vi-

teis ſubruentes muros. Feſtus : *Gerræ crates vimineæ : Athenienſes cum obſiderent Syracuſas, & crebro gerras poſcerent, irridentes Siculi Gerras clamitabant, inde factum ut pro nugis & contemptu dicantur.* Sed vereor ne erret Feſtus, nec ſatis vim hujus acclamationis Siculorum perceperit : *Gerras* enim credo eos vocaſſe Athenienſes, ut mollitiem & ἀνανδρίαν & forte etiam impudicitiam (ea ſunt hoſtium ingenia) exprobrarent, quippe qui muris ſuccedere niſi cratibus tecti non audebant. Γέῤῥα enim Siculis ſunt pudenda muliebria & virilia. Suidas, Γέῤῥα, παρὰ Σικελοῖς τὰ γυναικεῖα, καὶ ἀνδρεῖα αἰδοῖα : quam dictionem etiam ſervavit Heſychius : Γέῤῥα, inquit, τὰς σκηνὰς, καὶ τὰ γυναικεῖα καὶ ἀνδρῷα αἰδοῖα. Corrige Gloſſarium : πλεκτὰ, τὰ προσφερόμενα μηχανήματα τοῖς τείχεσι, *Hæc erre ſingulare non habet* : lege, *Hæ gerræ* : rurſus, *Gerræ* πλεκτά τινα. Eugraphius qui vixit ſub Othone III. Imperatore circa Ann. Chr. DCCCCXCVIII. Ad Terentii Heaut. Act. V. Sc. IV. *Gerro eſt piſcis nullius ſaporis vel momenti : aut gerro dicuntur Machinamenta quæ adverſus civitates fiebant, magno impetu cum ..... dejicerent : eadem gerras appellabant.* Duplex mendum ſic tolle : aut *gerra dicuntur*, conſtructione ſcilicet Græca, & deinde : *Fiebant, cum magno impetu muros dejicerent.* Eædem Gloſſæ : Ἐλέφας, *vocluca Barrus* : lege *Bos Luca* : ita enim vocatus, quia primum in Lucania à Ro-

à Romanis elephas viſus eſt. Plinius lib. VIII, cap. VI. *Elephantos Italia primum vidit Pyrrhi regis bellos, & boves Lucas appellavit in Lucania viſos.* Plauto *Lucabus* dicitur: Marcellinus Comes in Chronico: *India Anaſtaſio Principi elephantum, quem Plautus Poëta noſter Lucabum nomine dixit, duaſque Camelopardalas pro munere miſit.* Rurſus, *Duplicularius*, Διμοιρίτης: legendum, *Duplicarius*, Varro lib. 4. de L. L. Duplicarii dicti quibus ob virtutem duplicia cibaria ut darentur, inſtitutum. Denique *Tædio* Ἀθύμως, quaſi ſit Dativi caſus, ſed *tædio* hic verbum eſt, & lege ἀθυμῶ: ita *tædiare* apud Lampridium in vita Severi & Veget. lib. 3. cap. 2. de Re Veterin. qua ratione etiam *ſtirpare*, *retare*, *barbare*, *pilare*, *gnatare* dixerunt: Sic *furiare* apud Horatium & *ſcelerare* ad Virgilium.

CAP. XIX.

Terentius aliquoties emendatus: Semel explicatus; ut *omitti ſolet: præſentia pro præteritis verum initio orationis* ἀληθές. Inſanire. Dementiæ. Μανίαι furor impendiorum, ſalubriter emere.

EGo ſi metuerem quorundam hominum judicia, qui omne quod non intelligunt contemnunt, caput hoc hiſce obſervationibus inſe-

inſerere non auderem: nam cum viderint, certi erunt, ſe materiam repperiſſe ad irridendam artem eam, quæ etiam circa minima occupatur: Sed nolo hos mihi infeſtos reddere, & monſtrare, dum omnia ſe intelligere credunt, nihil intelligere, contentus ſolummodo his Terentii verbis paulò inflexis iis reſpondere.

Hi dum me accuſant, viros doctiſſimos
Accuſant, quos Auctores habeo
Quorum æmulari exopto negligentiam
Potius quam iſtorum obſcuram diligentiam.

Sed ad rem. Terent. in Prologo Andriæ. *Dehinc ut quieſcant porro moneo & deſinant Maledicere.* τὸ *ut* abeſt à MS. & abeſſe debet, nam alioquin verſus non conſtat: & amant ita loqui optimi quique. Cicero l. 2. ad At. 14. *Proinde ita fac venias, ac ad ſitientes aures.* Epiſt. 4. *Cenſeo tamen adhibeas Vettium.* Ipſe Terent. infra 4, 2, 4. *Orare juſſit ſi ſe ames hera, jam ad ſeſe venias.* Ita enim lego cum Fabricio. Eunuch. 3, 2. *Domi adſitis, facite.* Idem 2, 5, 9.

Ego illam vidi: virginem forma bona.

Hæc lectio eſt à Faërno: ego diſtinguo: *Ego illam vidi virginem*: admirabundus deinde ſubjungit Byrrhia, *Forma bona memini videre.* τὸ *videre* vel prò *vidiſſe* poſuit, vel *videre* dixit, ut eo magis pulchritudinem exprimeret. Ita miles in Eunuch. *Cum tibi illam do.* Phorm. 1, 2, 24. *Memini relinqui me Deo irato meo.* Plautus Aſin. 2, 2, 67.

Meminiſtin' aſinos Arcadicos mercatori pelleo
Noſtrum vendere atrienſem ? ———
Virgil. in Æneid.
Atque equidem Teucrum memini Sidona vere.
Eadem fab. 2, 6, 10.
Bidui aut tridui erit hæc ſollicitudo : noſti.
MS. *noſtrus* : forte, *hæc ſollicitudo noſtri.* Ita enim ſervi hereles filios vocabant. Eun. 1, 2, 47. *Eu noſter laudo. Noſtra* de filia Heaut. 4, 1, 47. *Interii ! plus ſpei video quam volo : Noſtra eſt*; vix tamen quid hic mutare auſim, cum & *noſti* comicum quid contineat : Eunuch. 3, 1, 15. *Requieſceret ubi volebat*; *quaſi : noſtin'?* GN. *Scio.* Act. 4. Sc. 1. ℣. 39. CH. *Davos?* PA. *Interturbat.* Nemo interpretum quos vidi, de varia lectione monet. In MS. repperi *interturbat Davos omnia* : ex quibus veram lectionem facile eliciemus, delendo τὸ *interturbat*, quod ex gloſſa irrepſit, vel ſi religioſi volumus eſſe ob id, quod Donatus hanc vocem agnoſcit, diſtingue : CH. *Davos interturbat?* PA. *Davos omnia* ſed verſui metuo, & quanta hæc Donati ſint facienda norunt ii qui naſum habent. Act. 4. Sc. 4, ℣. 30.
Verum vidi Cantharam ———
Parvula neglecta res leporem abſtulit : diſtingue mecum *Verum ? Vidi cantharam.* Particula enim hæc elegantiſſime ita conciſe initio orationis ponitur, & idem valet, quod *itane ?* vel etiam ejus eſt qui firmiſſimum argumentum

dicere

dicere vult ad probandam rem, de qua agitur: priori ſenſu hic ſumitur: Davus enim cum dixiſſet, *Quemne ego heri vidi ad vos adferri, veſperi* & Myſis reſpondiſſet *ô hominem audacem!* eam irriſurus ſubjungit: *Verum: vidi cantharam*, quod Galli optime dicunt *vray, tout de bon.* Ita Euripides Græca voce Ἄληθες utitur in Cyclope. Nam Sileni verba admiratione excipiens Cyclops reſpondet: ἄληθες: οὐκοῦν κωπίδας, &c. Et apud Ariſtophanem in Pluto qui cum dixiſſet, ἐγὼ δ' ἐκεῖνον ὀρρωδῶ πάνυ, ſubjunxit Chremylus Ἄληθες, ὦ δειλότατε πάντων δαιμόνων. Et ita legendum in Eunuch. 3, 1, 12. *Verum? credere totum exercitum*, ubi vulgo ſcribitur *vero*, quod & Donatus damnat, dum apud eum *verum* legitur; & idem eſt ac ſic dicat Thraſo, quaſi vero? hæc tu interrogas? imo non ſolum me in oculis geſtabat: ſed etiam credebat meæque fidei committebat omnes copias. Heaut. 3, 3, 21. ubi nonnullæ editiones exhibent. Cl. *Pergin?* S. *hercle verum dico quod videtur*. Peſſime, cum legi debeat, *pergin' hercle* S. *verum? dico quod videtur*. Quaſi dicat, itane? & tu rogas hoc? Apud eundem in Andr. 4, 2, 25.

Pa. *Ego hanc viſam.* Da. *Quid tu? quo hinc te agis?* Ch. *Verum? vis dicam?* Da. *Imo etiam*

Narrationis incipit mihi initium ——

Ita enim hunc locum diſtinguo, ut velut illu-

dens Charinus ad Davum dicat. *Verum*? Viſne ut tibi dicam? qui enim verba hæc conjungunt, errant, & ſic ſequentia continue legenda ſunt, non autem *imo etiam: Narrationis.* Qui uſus etiam non obſervatus in Adelphis, Act. 4. Sc. 2. obfuit, quo minus loci elegantia perciperetur: Rogat ibi Cteſipho Syrum num Demea pater ejus eum quærat, & nihil aliud reſpondet ille, quam *Verum*.

C. *Syre.* S. *Quid ais?* C. *Men' quærit?* S. *Verum.* C. *Perii.*

Sed nullus dubito quin addi debeat interrogationis ſignum, ut Syrus ſimul ejus ignorantiam arguat, qui interrogare animum inducat, num pater ipſum quærat, qui jam rus ire volebat, ut filium conveniret: dixit igitur Syrus; Cteſipho tu rogas num pater te quærat, quæ hæc eſt ignorantia? Scis ex iis quæ dixi, eum anxium eſſe & plenum metu propter te, abire voluiſſe rus, quia mihi fidem habebat, qui, ut illum amoverem, dixeram te ibi eſſe; & jam me interrogas num te quærat? In Eunuch. Act. 2. Sc. 2. Ubi Gnatho Parmenonem ſtantem ante ædes Thaïdis rogat.

Num quidnam quod nolis vides? PA. *Te.* GN. *Credo: at num quid aliud?* PA. *Quidum?* GN. *Quia triſtis es,* PA. *Nihil equidem.* GN. *Ne ſis, ſed quid videtur*

Hoc tibi mancipium? — — —

Ita hic locus in omnibus editis hodie legitur, ſed-

ſed ego in MS. reperi quod equidem valde arridet, & quod plane elegantiam comicam continet, pro *ne ſis* legebatur *neſcis* quam lectionem parum abeſt, quin probam judicem. Gnatho enim triſtem Parmenonem eſſe ex vultu conjectaverat. Parmeno negare ſe triſtem, Gnatho inſtare, & dicere ipſum id neſcire, vel ipſum neſcire vultum ejus ad triſtitiam compoſitum eſſe, & id frequenter fieri quis adeo affectuum hoſpes qui ignoret? Ita ſimulamus facie triſtitiam vel lætitiam, cum tamen longe aliud in pectore concluſum geramus. Chærea accipit flabellum, quo ventulum ſcilicet, faciebat, *triſtis* apud eundem Act. 3. Sc. v. quo tamen nemo nec lætior nec fortunatior, quippe qui animo ſuo ſtrenue & ut virum decet morem gerere debebat: Sic Davus in And. Act. 2. Sc. 3. Pamphilum hortatur ne ſit triſtis patre adventante,

Curabitur, ſed pater adeſt: cave te triſtem eſſe ſentiat.

Qui tamen propter male procedentes nuptias non utique eo erat animo, quo ii quibus omnia in amore ſecunda, nihil adverſum eſt. Eadem Comœdia Act. 3. Sc. 4. v. 30.

Malam rem! hinc ibis?

Verba hæc Chremeti tribuuntur, & haud dubie ſunt ſed ſenſum vix recipiunt, ſi ita diſtinguantur: quid enim eſt *hinc ibis?* ſi dicit Py-

thiæ, interrogationis notam delere melius erit, quaſi dicat, amovebis te hinc, ne ſcilicet mihi amplius moleſta ſis. In MS. repperi *malam in rem hinc ibi*. Editio Lindenbrogii: *Malam rem hinc ibis?* Cui conſentit Donatus, qui ait adverbialiter poſitum eſſe, quemadmodum dicimus. *Domum ibis*. Faërnus in Bembi Codice teſtatur eſſe *hinc abis*, quomodo & Donatum legiſſe ait: aliæ editiones *malam in rem abis hinc*. ut ut ſit mihi interrogationis ſignum ſuſpectum eſt; quid ſi legas? *malam in rem hinc abi*, vel ſi Donatum ſequimur *malam rem*. Conſentit MS. ubi *ibi*, quod facile ex *abi* eſſe mutatum: & ita in And. 2, 1, 17. *Abi in malam rem cum ſuſpicione iſtac ſcelus*. Sed videant Eruditi num genuinum Terentii ſit: *Malam rem! hinc ibo*. Quod & præcedenti & conſequenti orationi valde convenit. Dum enim ante dixerat Chremes Pithiæ ſe rus iturum, illaque interrogando obtunderet, interjicit ruſticus adoleſcens: *Malam rem! hinc ibo*. His namque blanditiis inſidias ſibi ſtrui perſuaſum habebat, & ſequitur reſponſum ancillæ: *Si iſtuc ita certum eſt tibi* ſcilicet abire rus, nec exſpectare vel cras redire. Idem Phorm. Act. 4. Sc. 3.

GE. *A primo homo inſanibat*. CH. *Cedo, quid poſtulat?* GE. *Quid? nimium quantum* ——

Narraverat ante Geta Phormionem ſe conveniſſe, & precatum eſſe, ne pergeret ob puel-

lam

ſam moleſtus eſſe, nec litem Chremeti intenderet: ſenſit tum Geta pecunia eum poſſe molliri, ſi modo aliquam partem æqui bonique dicat: hinc nunc eloquuturus quantum poſtulaverit, ait, *A primo homo inſanibat.* Interpretes tacent præter Weitzium, qui explicat, iratus tumultuabatur, & debacchabatur: nec felicior vertit interpres Gallicus, *D' abord il m' a dit des folies.* Sed longe alius hujus vocis uſus, neque enim hic *debacchatur* ſignificat, vel *dire des folies*, ſed immenſum pretium poſtulare, quod fuiſſe talentum magnum ex ſequentibus patet. Cicero lib. 13. ad Attic. Epiſt. 29. *Othonem vincas volo: nec tamen inſaniturum eum puto.* Id eſt, ruiturum in pretia. Auctor ad Herenn. lib. 4. ubi oſtentatorem deſcribit: *Quærit in agris, cujuſmodi frumenta ſint, negat ſe, quia villæ incenſæ ſunt, accedere poſſe, nec ædificare etiam nunc audere, tametſi in Tuſculano quidem cœpi inſanire, & in iiſdem fundamentis ædificare.* Quod factum ſine dubio Græcorum imitatione; nam illi *μανίαν* de omni homine dicunt, qui rem aliquam plus æquo deſiderat. Euſtath. ad Dionyſ. Alexand. pag. 61. *μανίαν ὀνομάσας, τὸν τῆς φιλοχρηματίας ἔρωτα ἥτις μανία καλῶς ἐπιλέγεται παντὶ πράγματι παρὰ τὸ δέον πλεονάζοντι. οὕτω γὰρ καὶ ἐρωτομανία, καὶ ὀψομανία, καὶ οἰνομανὴς ἄνθρωπος.* Horatius lib. 2. Satyr. 3. Damaſippum *inſanire* dicit, quod ſigna & ſtatuas maximo pretio deſtinaret,

Inſanit ſtatuas veteres Damaſippus emendo. Erat enim hic unicus harum rerum amator, ut ex Ciceronis lib. 7. ad Familiares patet. Atquè ita interpretandus verſus 36. Eclogæ 3. apud Virgilium cum Nanſio contra Servium,

Verum id quod multo tute ipſe fatebere majus
(Inſanire libet quoniam tibi) pocula ponam
Fagina, cælatum divini opus Alcimedontis.

Dementias dixit Cicero lib. 9. Epiſt. 9. ad Attic. de eadem re: *Mihi quidem erit aptiſſimum* (Lanuinum prædium) *vel nobis potius, ſi tu emeris. Sed ejus dementias cave contemnas: valde eſt venuſtum.* Hinc & *inſanæ ſubſtructiones* ſunt magnæ, magnificæ & ſumptuoſæ, quare *furorem impendiorum* recte dixit Sueton. Neron. 31. *Ad hunc impendiorum furorem ſuper fiduciam imperii, etiam ſpe quadam repentina immenſarum & reconditarum opum impulſus eſt.* Ut autem ſanitas oppoſita furori, ita *ſalubriter emere*, contrarium eſt inſaniæ iſti: eſtque bene, & moderato pretio emere. Plin. lib. 1. Epiſt. ult. *Hæc tibi expoſui quo magis ſcires quantum ille eſſet mihi, quantum ego tibi debiturus, ſi prædiolum iſtud quod commendatur his dotibus, tam ſalubriter emerit, ut pœnitentiæ locum non relinquat.*

Cap.

CAP. XX.

De lectione Euripidis diſputatum cum Scholiaſte, qui linguam ſuam non intellexit: Ψυχὴ Ἑλένου, *&* anima, & ψυχὴ *pro homine: Gatakeri error in Virgilio: animæ ſepulchro condebantur, ſi apparerent, quæ iſtius apparitionis ratio vulgi & quæ Philoſophorum. Euripides explicatus:* Παρεμπολῶ: *mos Heroum in dotibus dandis:* ἀλφησίβοιαι.

AB Euripide incœpit, in Euripidem deſinet hic liber: apud eum Hecuba in Tragœdia cognomine lamentata fortunas ſuas ÿ. 86. ait,

Ποῦ ποτε θείαν Ἑλένου ψυχὰν,
Ἢ Κασάνδρας ἐσίδω Τρῳάδες.

Hunc locum optime ſemper conſtitutum judicavi, quod ſecus tamen viſum Scholiaſtæ, qui Euripidem vult ſcripſiſſe Κασάνδραν. Et quæ illi ratio? bella, ita ſim felix & jucunda: Εἶπε γὰρ, ait, ψυχὴν Ἑλένου, ἐπειδὴ τεθνηκὼς ἦν. Κασάνδραν γὰρ, καὶ οὐ Κασάνδρας, ἐπειδὴ ζῶσα ἦν. Audin' ψυχὴν Ἑλένου dicit, quia ille ad plures abierat: Κασάνδραν vero quia hæc adhuc in medio erat. Miror non obſervatum Græciſmum, & quis illum docuerit Helenum in expugnatione Trojæ cum reliquis Priami filiis occiſum, qui deteſtatus ſcelus Alexandri ſeu Paridis ſupplex

ad Græcos venit, ut videre eſt apud Dictyn Cretenſem libro 4. & poſtea comitatus Neoptolemum in Epiro regnavit. Virgilius 3. Æneid.

Hic incredibilis rerum fama occupat aures
Priamidem Helenum, Grajas regnare per urbes,
Conjugio Æacidæ Pyrrhi ſceptriſque potitum.

Sed bonus ille vir linguam ſuam ignoravit, nec vidit ψυχὴν Ἑλένου pro Heleno etiam vivente & ψυχὰν Κασάνδρας pro Caſſandra poni. Græci enim ψυχὴν & Latini *animam* pro homine ponunt. Infra ℣. 117.

Οἵαν οἵαν
Ἀΐω φάμα περὶ σᾶς ψυχᾶς.

Qualem famam audio de vita tua. Oreſt. ℣. 663.

Ψυχὴν δ' ἐμὴν δὸς τῷ ταλαιπώρῳ πατρί.
Sed meam vitam da miſero patri.

Et Phœniſ. v. 1547.

Ω μοι μοι ἐμῶν παθέων
Πάρεστι γὰρ στενάχειν, τί δ' ἀϋτεῖν.
Τελοσαὶ ψυχαὶ, ποία μοῖρα
Πῶς ἔλιπον φάος. ———

Valer. Flaccus lib. 1. Argon. ℣. 152.

Haccine nos animæ faciles rate nubila contra
Mittimur?

Libro eodem, ℣. 677.

——— *da reddere terris*
Has animas patriæque amplecti limina partæ.

Exem-

Exempla obvia: Sed uſus hic hujus vocis me admonet de quodam Virgilii loco, male intellecto à Gatakero. Ait is cap. 10. de Stylo Novi Inſtrumenti, Hebræos vocem eam, qua animam exprimunt, pro cadavere uſurpare eodemque modo *animam* in hoc Virgilij verſu ex 3. Æneidos explicat,

—— animamque ſepulchro
Condimus ——

Id eſt, cadaver, inquit, corpus inanime: οὐ γὰρ θάπτομεν τὰς ψυχὰς ἐν τοῖς μνημείοις: aliter exponit Servius, quæ nauci eſſe ait. Chriſtiani ſi ſentiant animas ſepulchro condi; devotione & anathemate digni eſſent, quibus tamen vitio non ducetur, ſi hanc Ethnicorum fuiſſe ſuperſtitionem & credulitatem affirment: illis enim mortuorum, qui inſepulti & ſupremo honore carentes jacebant, animas errare & diſcurrere perſuaſum erat: patebit ex Tragœdia Euripidis, quæ inſcribitur Hecuba. Quintil. fine declamat. 12. *Excipiunt nos in proximo littore inhumatæ noſtrorum animæ.* Quas ſi quietas reddere cuperent, ſuprema iis perſolvebant, & *umbræ* ſeu *animæ* ſepulchro condi dicebantur: Ovidius lib. v. Faſt.

Romulus ut tumulo fraternas condidit umbras
Et male veloci juſta ſoluta Remo.

Vel *manes* Plinius lib. 7. Epiſt. 27. *Domus poſtea rite conditis manibus caruit.* Quibus in ſepulchris animas commorari volebant, quare

exire

exire eas inde idem dicit lib. 2. Faſtor. v. DLI.

Vix equidem credo, buſtis exiſſe feruntur,
Et tacitæ queſti tempore noctis avi
Perque vias urbis, latoſque ululaſſe per agros
Deformes animas, vulgus inane ferunt.

Trojani igitur Polydori animam ſepulchro condiderunt, quia ſibi perſuadebant, eam tum non amplius vagaturam mœſtam ob negatum ſepulchrum. Imo eos, qui rite ſepulti nihilominus exibant: carminibus magicis alligabant. Teſtis Quintilianus Decl. X. ubi legas inter cætera: *Num iſto carcere obſeratam animam, & repugnantem juvenem magico occupat ferro. Magicum ferrum* vocat, quod incantatum erat, & quo revinctum monumentum. Philoſophi autem aliam hujus oberrationis cauſam reddebant: animas nempe has φιλοσωμάτους εἶναι, & poſt diſſolutionem etiam corporum deſiderio teneri. Ammonius Hermias in Quinque voces Ariſtotelis pag. 3. Ἰστέον γὰρ, inquit, ὅτι οὐ πάντως τοῦ σώματος χωρισθέντος τῆς ψυχῆς, καὶ ἡ ψυχὴ χωρίζεται τοῦ σώματος, αἱ γὰρ φιλοσώματοι ψυχαὶ, καὶ μετὰ θάνατον τὸν τοῦ σωμάτων ἔτι περιέπουσιν ἔρωτα: καὶ τούτων εἶναι φασὶ τὰ φαινόμενα περὶ τοὺς τάφους σκιοειδῆ φαντάσματα. *Sciendum enim eſt, corpore relinquente animam, etiam animam illud omnino relinquere. Nam animæ amantes corporis, ſeu quæ metuunt diſſolvi à corpore, etiam poſt mortem corporum deſiderio tenentur:*

nentur: & eorum ajunt eſſe umbras & ſpectra, quæ circa tumulos ſepulchraque viſuntur. Antequam finem capiti & libro imponam, ſub examen revocandus eſt alter ejuſdem Euripidis locus in Medea; Jaſon introducitur v. 910. narratque ſe velle in uxorem ducere Glaucam Creontis Regis Corinthi filiam, cumque ob id Medea iraſceretur, æquum eſſe, inquit, fœminam iraſci marito aliam conjugem mercanti: verba Græca ſunt;

Εἰκὸς γὰρ ὀργὰς θῆλυ ποιεῖσθαι γένος.
Γάμους παρεμπολῶντι γ' ἀλλοίους πόσει.

Notanda diligenter vox *παρεμπολῶ*; neque enim hac ſine cauſa utitur Euripides, licet apud Græcos mos ille non obtinuerit, quem uſitatum legimus fuiſſe apud Aſſyrios, qui virgines conjugio habiles, & annorum ad libidinem geſtientium congregatas in unam civitatem venales voce præconis pronuntiant, eaſque plurimum offerenti addicunt: Ælian. lib. 4. ποικ. cap. 1. *Ἀσύριοι τὰς ὡραίας γάμον παρθένους ἀθροίσαντες εἰς μίαν πόλιν, ἀγορὰν αὐτῶν προκηρύττουσι, καὶ ἕκαστος ἣν ἂν πρίηται, ἀπάγει νύμφην.* Quod etiam teſtatur Strabo lib. XVI. & Herodotus lib. I. Hic, inquam, mos apud Græcos nequaquam in uſu fuit, quare mirum videri poſſit Euripidem dicere *παρεμπολῶντι mercanti:* verum decorum hic maxime ſervat Poëta, & ſine dubio eo reſpicit, quia in Græcia Heroum temporibus non dotem dabant novæ nuptæ

nuptæ maritis, ſed mariti uxoribus: inde Ἀλφεσίβοιαι Homero Iliad. Σ. v. DLXXXXIII. dicuntur mulieres, quæ magna dote à conjugibus erant auctæ, quia, ut tunc erat, bona, fortunæ & facultates, maximam partem pecore conſtabant.

Ἔνθα μὲν ἠΐθεοι καὶ παρθένοι ἀλφεσίβοιαι
Ὠρχεῦντ' ———

Interpres vertit *formoſiſſimæ*: & Scholiaſtes ἔντιμοι: quia ſcilicet virgines ſeu παρθένοι ſunt, quæ propter formæ decus ditioribus nubere poſſunt. Magiſtri Græci. Heſych. Ἀλφεσίβοιαι αἱ πολλὰς βόας εὑρίσκουσαι ἀπὸ ἕδνων. Et Suidas proprie exponit εὑρετικὴν βοῶν: Nam ἀλφαίνειν invenire ſignificat, unde etiam Ἄλφα volunt dictum, quod ante alias literas inventum ſit. Sed & alibi in ſimili re Euripides utitur verbo πρίασθαι: Medea apud eum deplorans miſerias ſexus muliebris loquitur v. 232.

Ἃς πρῶτα μὲν δεῖ χρημάτων ὑπερβολῇ
Πόσιν πρίασθαι, δεσπότην δ' ἢ σώματος,
Λαβεῖν ———

Qui verſus occaſionem dederunt Scholiaſtæ reprehendendi Poëtam, quod contra morem Heroicorum temporum mulieres dote viros emere dixerit: Χρημάτων, inquit, λέγει τῆς εἰς τὴν φερνήν. τοῦτο δ' Εὐριπίδης ἀπὸ τῆς κατ' αὐτὸν συνηθείας λέγει. οἱ δ' ἥρωες οὐχ οὕτως ἐποίουν τοὺς γάμους, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐναντίων αὐτοὶ ἐδίδοσαν, καθάπερ καὶ αὐτοὶ ἐν ἄλλοις παρίστησι καὶ Ὅμηρος. Πρῶτ' ἑκατὸν

βοῦς δῶκεν, ἔπειτα ἢ χίλια. ἔστι δ' ἀναχρονισμὸς. οἱ γὰρ ἥρωες τοὐναντίον παρεῖχον. Quo anachroniſmo etiam teneri Virgilium & Ovidium notat Salmaſius in libris de modo uſurarum. Quibus adjiciendus Plautus, nam is ita loquitur in Amphitruone, quaſi Alcumena dotem viro dediſſet, Act. 2. Sc. 2. v. 222.

Quid ſi adduco tuum cognatum huc è navi
Naucratem
Qui mecum unà vectus eſt una navi: atque is
ſi denegat
Facta, quæ tu facta dicis, quid tibi æquum eſt
fieri?
Nunquid cauſſam dicis; quin te hoc multem
matrimonio?

Mulctare matrimonio nihil eſt aliud quam dotem retinere, ut optime explicat Lipſius ad lib. I V. Annal. Taciti, quibus verbis ſatis innuit Comicus, dotem Amphitruoni ab Alcumena datam fuiſſe. Huc pertinet quod Zephyrus narretur Floræ loco dotis dediſſe, ut omnium poteſtatem florum haberet, unde Ovidius lib. V. Faſt. v. 195. *dotales agros* dixit:

Eſt mihi fœcundus dotalibus hortus in agris
Aura fovet: liquidæ fonte rigatur aquæ.
Hunc meus implevit generoſo flore maritus
Atque, ait, arbitrium tu Dea floris habe.

Finis libri I.

LIBER II.

CAPUT I.

Simplex veneratio: *Servi error.* Ἱλάσκομαι: Admirari. Ὁρᾶν, & θαυμάζειν, βλέπειν, ſupplicare *pro ſacrificare. Heſiodus correctus: Dii ſine patre nati;* ἀπημνέμιος παῖς: Vulcanus, Minerva, & Bacchus Ἀῤῥενοθήλεις: *Cupidinis natalis varie narratur;* Venus cœleſtis, οὐρανία, πάνδημος, vulgaris: Geminus Cupido: *Gevartii & M. Antonii Delrio ſententiæ rejectæ.*

QUid *ſimplex veneratio* ſit, oſtenſurus ab Heſiodi verbis initium faciam, quæ leguntur in Theog. ỳ. 92.

Ἐρχόμενον, inquit, δ' ἀνὰ ἄστυ θεὸν ὣς ἱλάσκονται
Αἰδοῖ μειλιχίῃ ——————

Placant reverentia blanda. Placari autem Dii credebantur vel ſacrificiis, vel prece vel ſtatuis poſitis vel reverentia in ſignum majeſtatis adhibita. Apollon. Rhodius lib. 2. Argonaut. ỳ. 850.

Τόνδε πολιοῦχον διεπέφραδε Βοιωτοῖσιν
Νισαίοισί τε Φοῖβος ἐπιῤῥέδην ἱλάεσθαι.
Hunc urbis tutelarem Bœotis dixit,
Phœbus, & nominatim Niſæis placandum.

Quam placationem refero ad ſacrificia, quamvis Scholiaſtes in eo tantum conſtituat, ut eum πολιοῦχον, id eſt, *urbis Deum tutelarem* vocent. ὅτι διαῤῥήδην καὶ φανερῶς ἐπικαλεῖν αὐτὸν πολιοῦχον ὁ θεὸς προσέταξεν, quod nomen in ſacris uſurpatum plurimum arbitror, cum Dii crederentur πολυωνυμίᾳ placari & lætari, cujus inſigne exemplum eſt apud Callimachum hymno in Dianam ℣. 7. & apud Arrian. lib. v. de Exp. Alex. p. 102. Sed non hæc eſt prima veneratio, ſed illa quam hoc loco Noſter deſcribit,

——— θεὸν ὥς ἱλάσκονται
Αἰδοῖ μειλιχίῃ ———

Eo enim ipſo ſuperiorem & majeſtate quadam præditum, ſeque inferiorés confitebantur: & hæc reverentiæ pars non minima in *admiratione*, id eſt, ſuſpectione (ut ita loquar) cum admiratione conſiſtit, quò reſpicit Heſiodus paulo ante;

——— οἱ δὲ νυ λαοὶ
Πάντες ἐς αὐτὸν ὁρῶσι.

Id eſt, cum *veneratione quadam admirantur*, hinc ὁράω & θαυμάζω junxit. Themiſtius Orat. I. εἶτα παύσωνται οἱ ἄνθρωποι πρὸς σὲ μόνον ὁρῶντες, καὶ σὲ μόνον θαυμάζοντες. Quod elegantiſſime Euripides Phœniſſ. ℣. 553. per περιβλέπειν expreſſit, ubi Scholiaſtæ verba digna quæ addantur. Atque ita interpretandus idem in Med. ℣. 247. ubi Medea de infelici fœminarum ſtatu querelas jacet: Ἡμῖν δ' ἀνάγκη

πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν. *Sed nos oportet unum hominem revereri*. Eſt namque hoc ſignum honoris non minimum, quod nec neglexit adulator apud Theophr. in Charact. cap. 3. Ἐνθυμῇ ὡς ἀποβλέπουσιν εἰς σὲ οἱ ἄνθρωποι. *Viden' ut omnes in te oculos convertunt*. Nec veritus eſt Themiſtius Orat. 3. σεβάζειν & θαυμάζειν conjungere; εἰ δέ τις αὐτῇ προσέλθοι σεβασθεὶς τε καὶ θαυμάσας, οὐ χρυσίον ἢ ἄργυρον προσέτεινεν. Apud Latinos *mirari* eandem vim obtinet. Juſtin. lib. 5. cap. 4. *Et univerſos quidem milites, præcipue tamen Alcibiadem mirantur*. Virgilius de avibus regem ſuum venerantibus

—— illum admirantur, & omnes
Circumſtant.

Horat. lib. 4. Od. 14.

Te Cantaber non ante domabilis,
Meduſque & Indus, te profugus Scythes
Miratur ——

Et hinc ortus omnis cultus & ſuperſtitio, quæ in immenſum & in Divinos vere honores mortalibus exhibitos excrevit; imo hæc ſola *ſimplex veneratio*, non quando ne adorantes quidem ſolummodo ſacra facimus, ut putavit Servius ad 1. Æneid. ℣. 35. *Breviter*, inquit, *utrumque dixit, aut enim ſuſcipiuntur vota precibus, aut honore redduntur, &. oſtendere vult non ſolum ſibi non ſupplicandum, ſed nec ſimplici veneratione dignam futuram*. Sed corrige & lege *honores*, id eſt, ſacrificia. Neque enim ſcio quænam

nam veneratio major ſit, *adorare* an *ſacrificia dare*: Illud enim eſt, quod ait Virgil. *aut ſupplex aris imponat honorem*. Nam ſacrificare alicui nihil eſt aliud, quam Deum facere, & ita colere, quantum quidem aliquis οἷός ἐστι. Adde quod rariſſime, niſi in extis inſpiciendis, ſacrificabatur ſine additis precibus. quare *ſupplicare* pro ſacrificare poſitum. Sueton. Auguſt. cap. 35. *Sanxit ut prius quam conſideret quiſque, thure ac mero ſupplicaret, apud aram ejus Dei, in cujus templo coiretur.* Tiber. 70. *Minois exemplo thure quidem & vino, verum ſine tibicine ſupplicavit.* Claudio, cap. 1. *Galliarumque civitates publice ſupplicarent.* Simplex igitur veneratio ſola in reverentia conſiſtit, nec, hanc ſi facere velis, ſacrificiis opus eſt: atque ut Heſiodus, ita fere Dictys Cretenſis lib v. *Cæterum barbari Antenorem ſummis efferre laudibus, advenientem ſinguli, quaſi Deum venerari.* His emendationem in Heſiodo ſubjiciam, quam & Johannes Georgius Græviùs, vir ſummus, antiquitatis peritiſſimus, & humanitatis omnis exemplum, in notis ſuis mihi ſe debere confeſſus eſt: ſed quoniam alia non injucunda & explicationi ejus loci inſervientia repperiſſe videor, ea hic ſubjicere conſilium eſt. ✱. 927. in Theog.

Ἥρη δ' Ἥφαιστον κλυτὸν ἐν φιλότητι μιγεῖσα.

Atqui Hyginus ex ſola Junone Vulcanum ait: *Ex Iunone ſine patre Vulcanus.* Quod

idem teſtatur Lucianus in libello de ſacrificiis: Ὅμοια, inquit, ἢ τούτοις καὶ περὶ τῆς Ἥρας ᾄδουσιν, ἄνευ τῆς πρὸς τὸν ἄνδρα ὁμιλίας ὑπηνέμιον αὐτὴν παῖδα γεννῆσαι τὸν Ἥφαιστον, οὐ μάλα εὐτυχῆ τοῦτον, ἀλλὰ βάναυσον καὶ χαλκέα καὶ πυρίτην. *Nec his diſſimilia de Iunone canunt, nempe hanc citra virilem congreſſum* ὑπηνέμιον *puerum genuiſſe Vulcanum, atque eum quidem non valde fortunatum ſed operarium & fabrum ferrarium.* Elegantiſſime Vulcanus vocatur παῖς ὑπηνέμιος, metaphora tranſlata ab ovis, quæ fœminæ inter ſe concipiunt. Plin. lib. 10. cap. 58. *Et ipſæ autem inter ſe (ſi mas non ſit) fœminæ æque ſaliunt, pariuntque ova irrita, ex quibus nihil gignitur, quæ Græci* ὑπηνέμια *vocant.* Quæ ova alio nomine οὔρια vel οὔρινα & *zephyria* vocabantur, quia plerique vento ea generari credebant. Sed hoc obiter: eandem rem etiam refert Apollodorus lib. 1. Biblioth. Ἥρα ἢ χωρὶς εὐνῆς ἐγέννησε Ἥφαιστον. Et id ipſum cecinit hoc loco Heſiodus, ſi legatur, ut antiquitus ſcriptum fuit, οὐ φιλότητι μιγεῖσα. Scholiaſtes Apollonii ad lib. 1. ỳ. 859. Ἡσιόδῳ ἐπικολουθησιν ἐξ ἥρας μόνης τὸν ἥφαιστον λέγοντι γεγεννῆσθαι. Ἥρη δ' ἥφαιστον κλυτὸν οὐ φιλότητι μιγεῖσα Γείνατο: Quanquam Homerus Jovis eum & Junonis filium faciat ut notat Apollodorus, & Scholiaſtes Apollonii d. l. Verum & Ægyptiorum doctrina cum Heſiodo facit, qui *Vulcanum* pingere volentes κάνθαρον καὶ γῦπα, id eſt, *ſcarabaum*

bæum & *vulturem* pingebant : quam eandem rationem in Minerva obſervarunt ; hanc quippe ſine matre natam myſtice per vulturem & ſcarabæum effingebant. Teſtis Horus Apollo cap. 12. Hieroglyph. Ἥφαιστον δὲ γράφοντες, ait, κάνθαρον καὶ γῦπα ζωγραφοῦσι. Ἀθηνᾶν δὲ, γῦπα καὶ κάνθαρον· δοκεῖ γὰρ αὐτοῖς ὁ κόσμος συνεστάναι ἔκ τε Ἀρσενικοῦ καὶ θηλυκοῦ· ἐπὶ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς τὴν γῦπα γράφουσι. Οὗτοι γὰρ μόνοι θεῶν παρ᾽ αὐτοῖς ἀῤῥενοθήλεις ὑπάρχουσι. Quæ quidem mihi crucem figunt, nec deſunt quibus fluctum in ſimpulo, quod ajunt, movere poſſim : Scio magnum Scaligerum Epiſt. 198. hæc explicare : verum illa mihi non ſufficiunt, nec tenebras, quæ ſe offerunt diſcutere valida ſunt. Quid enim hic *mundus*, & cur bis *Minervæ* meminit ? Nec tantum Vulcanus & Minerva Ἀῤῥενοθήλεις dicti, verum etiam Bacchus. Ariſtides Orat. in Bacchum ; Ταῦτ᾽ ἄρα καὶ ἄῤῥην τε καὶ θῆλυς ὁ θεὸς ὥς φασιν, ὅτι καὶ αὐτῷ ὁ πατὴρ ἑκατέρας τῆς φύσεως μετέσχεν εἰς αὐτόν. *Unde factum ajunt, ut utroque ſexu Deus ſit præditus, cum illi pater utramque naturam aſſumpſerit.* Qua utraque natura etiam Minerva prædita fuit, quam proinde *ſterilem* fingebant. Servius ad lib. 1. Georg. *Ut quinta luna nullius operis initium ſumas. Dicitur enim hic numerus Minervæ eſſe conſecratus, quam ſterilem eſſe conſtat.* Ἀῤῥενοθήλεις autem vocabantur, ea ratione qua numerus, qui ex pari atque impari comparatus, id eſt, mare & fœmina,

ἀῤῥενόθηλυς, quaſi dicas *viro-fœmina*, vocabatur, ut notat Meurſius cap. 2. Denarii Pythagorici. Vultur autem omnis fœmina eſt, hinc & *matrem* pingere volentes hoc animal effingebant. Idem Horus cap. 11. & hinc eas vento concipere fabulati ſunt, ut ex ſequentibus patet, quam etiam opinionem aliis in beſtiis obtinuiſſe docet Auctor Polymathiæ cap. 11. quibus adde *teſtudines montanas* ex Nicandri Scholiaſte ad Ἀλεξιφάρμ. Omnis vero κάνθαρος, teſte Suida, *mas*. κάνθαρος θῆλυς οὐ γίνεται, ἀλλὰ πάντες ἄρσενες γεννῶνται. Et hi quo pacto concipiant vide ibidem. Ut & apud Porphyr. lib. 4. de Abſtinent. Scilicet & in hoc ſibi placuit fabuloſa antiquitas, ut Deorum ſuorum natales, qui fieri naturali ratione non poſſunt, narrarent. Οὐκ εἰδότες ὅτι οἷς ἀπολογοῦνται ὑπὲρ τῶν θεῶν, τοὺς ἐπ᾽ αὐτοῖς λόγους βεβαιοῦσι, ut ait Athenagoras, ſed ut olim datum eſt antiquitati, ut miſcendo humana divinis primordia ſua auguſtiora faciant, detur etiam antiquitatis diis, ut ſe ἀπίστως genitos dicant. Ita non ſolum creatum Vulcanum voluerunt, ſed etiam *Pelagum* Heſiodus ipſe ỹ. 131.

Ἡ δὲ καὶ ἀτρύγετον Πέλαγος τέκεν οἴδματι θῦον
Πόντον, ἄτερ φιλότητος ἐφιμέρου ——

Nox ſic peperit *ſomnum & ſomnia*. Idem v. 212.

Νὺξ δ᾽ ἔτεκε στυγερόν τε Μόρον καὶ Κῆρα μέλαιναν
Καὶ Θάνατον· Τέκε δ᾽ Ὕπνον, ἔτικτε δὲ φῦλον
Ὀνείρων

Οὔ

Οὗ ἦνι κοιμηθεῖσα θεὰ τέκε Νὺξ ἐρεβεννή.
Proſerpina *Coryban* Servius ad 3. Æneid. ℣. 111. *Ærea autem cymbala Corybantibus Iaſonis filiis, quibus vagitum Iovis celaverunt; quos quidam Corybantes dictos tradunt ἀπὸ τῆς κόρης, Corybas enim Proſerpina, quæ κόρη dicitur Græce, ſine patre natus.* Et Venus ſecundum *Cupidinem* idem ad 1. Æneid. ℣. 668. *Aut ſecundum Simonidem, qui dicit Cupidinem ex Venere tantum eſſe progenitum.* Quem tamen alii ex Venere & Marte, alii ex Venere & Vulcano, & alii aliter procreatum volunt. Cicero lib. 3. de Nat. Deorum: *Cupido primus Mercurio & Diana prima natus dicitur: ſecundus Mercurio & Venere ſecunda: tertius quidem eſt Anteros, Marte & Venere tertia.* Et Hippolito

Diva non miti generata ponto,
Quem vocat matrem geminus Cupido.

quem Gevartius ad Statium putabat *geminum* vocari ob geminos quos in amantium animis producit effectus, partim enim eum *dulcem* eſſe partim *amarum*, unde & Græcis γλυκύπικρον nominari. M. Antonius Delrio cenſet eum ita vocari, ob multitudinem Cupidinum, recte ob id reprehenſus Gevartio, cum illo reſpectu Cupido non *geminus* ſed *centumgeminus* poſſit vocari. Sed Poëtæ hos duos Cupidines ex Venere natos volunt. hinc illud Silii:

Cum ſic ſuſpirans roſeo Venus ore decoros
Adloquitur natos ——

Et Ovidii ex lib. 4. Faſtor.

Alma fave dixi, geminorum Mater Amorum.

Sed, ut dixi, geminus hic Cupido interpretandus eſt alter Cæleſtis & Divinus ex Venere cæleſti, & ante omnia creatus, alter vulgaris: quorum ille ad complexus honeſtos, hic ad turpes congreſſus impellit. Nec tamen aliæ auctori deſunt Simonidi; ab eo quippe ſtat Apollon. Rhod. lib. 3. Argonaut. ℣. XXVI.

Παιδὶ ἑῷ εἰπεῖν ὀτρυνέμεν ———

Scholiaſtes: Ἀπολλώνιος μὲν Ἀφροδίτης τὸν ἔρωτα γενεαλογεῖ. Quod autem Simonidi tribuit Servius, id eripit ei paulo poſt Scholiaſtes, Σιμωνίδης δὲ Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεος, adducens hæc ejus verba: Σχέτλιε παῖ δολομήδες ἀφροδίτας, τὸν ἄρει δολομηχάνω τέκεν. Addit deinde Ibicum & Heſiodum eum velle ex Chao procreatum: Heſiodum id voluiſſe teſtatur ipſe vers. 120. ſed longe errat Scholiaſtes, dum amorem ἀέριον & Veneris filium confundit, quod etiam facit Longus lib. 2. ποιμενικῶν. Cæleſtis ille amor ex Chao ipſo & ante omnia à Jove creatus eſt. Ariſt. Hymn. in Jovem. ἔρωτά τε καὶ ἀνάγκην δύο τούτω συναγωγοτάτω καὶ ἰσχυροτάτω ἐν τοῖς πρῶτα ἐγέννησεν ὅπως αὐτῷ τὰ πάντα συνέχοιεν. *Amorem deinde & Neceſſitatem, ſummam jungendi ſimul & cogendi poteſtatem habentes, inter primos creavit, ut fortius omnia cohærerent.* Quem non melius deſcribere poſſum, quam verbis Quintiliani ex Decl. 14. *Amor*

ille

ille per quem rerum naturæ ſacra primordia, totiuſque mundi elementa creverunt, qui tenet nunc figitque rixantia, & de contrariis pugnantibuſque ſeminibus molem perpetuæ ſocietatis animavit, fugatus ejectuſque eſt. Et Declam. 15. *Amoris (ſi ſapientiæ ſequamur auctores,) antiquiſſimum Numen, & cui ſe naturæ debet æternitas. Sed ille mitis & ſerius honeſtis cupiditatibus & viribus ſacræ charitatis exultans, ut qui cuncta priſcæ noctis operta caligine deduxerit primum, deinde miſcuerit. Hic vero* (opponit alterum) *quo perditis viſceribus adhæremus inquieti, laſcivientis adhuc ætatis inſtinctu tumultuoſus ac petulans, telis funereis facibuſque armatur, præſtat igitur ille mortalibus liberos hac uſitata conjugii pietate: hic inceſta, libidines, adulteria, meretrices.* Quem ad amorem reſpiciunt etiam hi Empedoclis verſus, qui leguntur apud Athenagoram ἐν τῇ πρεσβείᾳ περὶ χριστιανῶν.

Πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα, καὶ ἠέρος ἤπιος ὕψος
Καὶ φιλίη μετὰ τοῖσιν ——

Quæ poſtrema meliorem interpretem nanciſci non poſſunt quam Quintilianum dum ait: *Per quem totius mundi elementa creverunt.* Nam, ut recte ſubjicit Athenagoras, ἃ χωρὶς τῆς φιλίας, οὐ δύναται μένειν, ὑπὸ τοῦ νείκους χεόμενα: quæ verba Problematis vim obtinent, & propterea vertenda, *Quæ enim*, non, *Hæc enim.* Hunc autem Amorem procreatum poſſis dicere ex

Venere quæ *Cæleſtis* vocatur: Mentio ejus apud Suidam in Νηφάλιος: Νηφάλιος, inquit, θυσία παρὰ Ἀθηναίοις ἐπελεῖτο Μνημοσύνῃ, ἠοῖ, ἡλίῳ, σελήνῃ, νύμφαις, Ἀφροδίτῃ οὐρανίᾳ, ὡς φησὶ Πολέμων. Quam Latini *cæligenam* vocant: Varro lib. 4. de L. Lat. *Utrique teſtis Poëſis, quod & Victoria & Venus dicitur cæligena.* Quæ maxime apud Ægyptios colebatur, in vico cui *Chuſæ* nomen Ælian. lib. 10. de Animal. cap. 27. ἐν ταύτῃ, inquit, σέβουσι Ἀφροδίτην, οὐρανίαν αὐτὴν καλοῦντες. A qua alia diverſa, quam πάνδημον vocabant, Jove & Dione procreata. Plato in Sympoſio de duabus Veneribus loquens. ἡ μὲν γέ που, πρεσβυτέρα, καὶ ἀμήτωρ, οὐρανοῦ θυγάτηρ, ἣν δὴ καὶ οὐρανίαν ἐπονομάζομεν. ἡ δὲ νεωτέρα, Διὸς καὶ Διώνης, ἣν δὴ καὶ πάνδημον καλοῦμεν. Latini *volgivagam* vocant notante Scaligero 130. Apulejos in Apolog. Eſt *vulgaria*, *Geminam*, ait, *eſſe Venerem Deam, proprio quamque amore, & diverſis amatoribus pollentes. Earum alteram vulgariam, quæ ſit percita populari amore, non modo humanis animis, verum etiam pecuinis & ferinis ad libidinem imperitare, ut immodico trucique perculſorum animalium ſerva corpora complexu vincientem: alteram vero cælitem Venerem, prædita quæ ſit optimati amore, ſolis hominibus & eorum paucis curare, nullis ad turpitudinem ſtimulis vel illecebris ſectatores ſuos percellentem.* Cui Veneri vulgari ſeu πανδήμῳ Meretrices in atrio aram ponebant,

bant, illique in illa ſacrificabant. Eugraphius ex Menandro ad Terent. Eunuch. 1, 2. *Menander aperte dixit, Meretrices juxta domum ſuam vel in atrio ſolitas habere aram Veneris vulgariæ, cui quotidie ſacrificarent.* Teſtaturque Nicander apud Athen. lib. 13. pag. 569. ipſi à Solone templum erectum : Καθὼ καὶ Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος ἱστορεῖ ἐν τρίτῳ Κολοφωνιακῶν, φάσκων αὐτὸν (Σόλωνα) καὶ Πανδήμου Ἀφροδίτης ἱερὸν πρῶτον ἱδρύσασθαι, ἀφ' ὧν ἠργυρίσαντο αἱ προστᾶσαι τῶν οἰκημάτων. *Ut etiam Nicander tradit libro 3. Colophoniacorum, ipſum vulgaris Veneris templum exſtruiſſe, & præterea in fornice meretrices ut proſtitutæ argentum mererent conſtituiſſe.*

Cap. II.

Servii Commentarii in Librum primum Æneidos paſſim correcti: Juno Curitis; Juno Soſpita : *Plutarchus emendatus. Gloſſæ correctæ;* Vernula : dare latus, σόφισμα : θατέρᾳ ληπτοί, οὐδετέρᾳ ληπτοί, *Euſebius emendatus : Servii error in nominibus Auguſto oblatis : Hyades, Venus Victrix, Genetrix, Epidætia.*

Notat Servius ad lib. 1. Æneidos v. xx. *Namque Iuno multa habet nomina : eſt* Curitis *quæ utitur curru & haſta.* Nomen hoc Junonis varie ſcribitur. Hic vocatur Curitis; ad 2. Æneid. v. dcxii. Curritis

qui-

quidam ideo Iunonem has portas tenuiſſe accipiunt, quia eam fatorum arbitrium volunt, & fatum fuit ad exitium Trojæ per has portas equum introduci, quia ipſe eſt CURRITIS, *& ſub hoc nomine intereſt bellis.* In carmine Tiburtino CURILIS: Servius, *Habere enim Iunonem currus certum eſt. Sic autem eſſe etiam in Sacris Tiburtibus conſtat, ubi ſic precantur:* JUNO CURILIS TUO CURRU CLYPEOQUE TUERE MEOS CURIÆ VERNULAS SANE: quam quidem eandem credo cum *Iunone ſoſpita* vel *ſeſpita*, quæ haſta & clypeo armata eſt, curruique inſiſtit, & religioſiſſime Lanuvii colebatur: nam & propter haſtam CURITIS, propter currum CURILIS vel CURULIS poteſt dici: CURIS enim *haſta* eſt. Feſtus; *Quirinus ex hac cauſa Romulus eſt appellatus, quod Curi id eſt haſta uteretur.* quam Sabinorum vocem eſſe tradit Ovid. lib. 2. Faſtor.

Sive quod haſta Curis priſcis eſt dicta Sabinis.

Et Dionyſ. lib. 2. Antiq. Roman. laudato Terentio Varrone, Κυρεῖς γὰρ οἱ Σαβῖνοι τὰς αἰχμὰς καλοῦσιν: qui tamen lib. IV. de L. L. *Quirinus à Quiritibus*: nam ſive *Curitis* ſive *Quiritis* ſcribas, res eodem recidit: patet ex veteri lapide apud Gruterum: PONTIFEX. SACRARIUS. JUNONIS. QUIRITIS. Sed, ut vara vibiam ſequitur, ita de nominis derivatione non omnes conſentiunt: Sunt enim qui

volunt

volunt hoc nomen datum Junoni à Curibus (nomen loci eſt) ubi ſumma religione colebatur. Cornutus ad Satyr. IV. Perſii: *Veſtidium autem quendam dicit, in Sabinis poſſidentem prædia non pauca Curibus: quod nomen loci eſt; unde & Iuno Curritis*, (l. Curitis) *quia ibi vehementer colitur*. Alii derivant à *Curi* quodam, Tertull. cap. 24. Apol. *Faliſcorum in honore eſt Pater Curis, unde accepit nomen Iuno.* Et paulùm à prioribus abit Plutarchus: neque enim vult ita vocatam, quod haſta uteretur, ſed quod ejus ſignum ſpiculo eſſet impoſitum. οἱ δὲ, inquit, τὴν αἰχμὴν ἢ τὸ δόρυ τοὺς παλαιοὺς Κυρῖνον ὀνομάζειν, καὶ Κυρίτιδος Ἥρας ἄγαλμα καλεῖν ἐπ᾽ αἰχμῆς ἱδρυμένον: & emenda eum, Κύριν ὀνομάζειν, nam ultimæ duæ litteræ ſunt ex voce ſequente. CURITIS igitur poteſt vocari Juno ab haſta, ſed non CURRITIS, & CURILIS vel CURULIS. Ut *Equi Curules*, & *Sellæ Curules* apud Livium & alios. Sed carmen illud Tiburtinum, quia elegans, accuratius perpendendum eſt. Fragmentum eſſe credo precum quibus utebantur in venerando Deam & ſacrificando *Curiones*. Nam quamvis Romulus primus Romanum populum in tres partes diſtribuerit, ſingulas partes in decem curias, origo tamen aliunde, & ſine dubio ex aliis Italiæ oppidis, quod ſatis evincit carmen hoc Tiburtinum. Res ipſa fuit Athenis, ubi populus in φρατρίας erat diſtributus, & ut

Curio-

Curiones apud Romanos *curias* ſuas habebant, in quibus facerent pro curialibus, ita apud Athenienſes fuerunt φράτρια. Julius Pollux lib. III. cap. IV. Onomaſt. φράτωρ, ὁ μετ' ἐμοῦ φρατριάζων, καὶ μετ' ἐμοῦ δημοτευόμενος. καὶ θεοὶ φράτριοι καὶ φίλιοι. τὸ δὲ ἱερὸν, εἰς ὃ συνῄεσαν, φράτριον ἐκαλεῖτο. καὶ τὸ σύστημα φρατρία. Et inſtar omnium erit Gloſſarium Labbæi: Τρίβους, inquit, τριττὺς ἢ τρίτον μέρος: τριχίλιοι δὲ ὄντες ὁπλῖται Ῥωμύλου, ὥς φησι Δίων ἐν τῷ προτέρῳ λόγῳ τῆς ἱστορίας, εἰς τρεῖς ἐνεμήθη μοίρας κληθείσας τρίβους τουτέστι τριττύας, ἃς καὶ φυλὰς ὠνόμασαν Ἕλληνες: ἑκάστη δὲ τριττὺς εἰς δέκα διῃρέθη κουρίας ἤτοι φροντιστήρια: κουρὰ μὲν γὰρ ἡ φροντὶς λέγεται. καθ' ἑκάστην δὲ κουρίαν συνιόντες οἱ εἰς αὐτὴν τεταλμένοι (l. τεταγμένοι) ἱερὰ τῶν καθηκόντων ἐξεφρόντιζον: λέγονται δὲ καθ' Ἕλληνας αἱ κουρίαι φρατρίαι καὶ φρατρίαι (l. φρατρεῖαι) οἱονεὶ ἑταιρεῖαι, &c. Fuit tamen differentia: nam apud Athenienſes in unaquaque tribu τρεῖς φρατρίαι ſolum erant, ut patet ex Suida, apud Romanos, vero decem. Hic autem Curio orat Junonem ut *vernulas* tueatur, per quos ſervos cave intelligas, cum ſignificet eos qui eodem in loco, eadem in curia nati ſunt, unde explicandus Feſtus, dum ait: *Romani enim vernas appellabant, id eſt ibidem natos*, quæ vox poſtea ſervorum propria fuit. Equum muto; & à Servio ad Virgilium tranſilio; in deſcriptione tempeſtatis, qua Æneas memorem Juno-

Junonis ob iram fuit conflictatus, canit Poëta:

Franguntur remi: tum prora avertit & undis
Dat latus; inſequitur cumulo præruptus aquæ mons.

Servius explicat *inclinatur*: Taubmannus, inclinatur, vel, prora ſe avertendo dat latus undis. Reliqui commentatores ſilentio prætereunt: ſed locutio hæc elegantiſſima & digna quæ explicetur. Ex Palæſtra petita eſt: nam inter artes pugilum fuit, ut partem alteram corporis velut non tectam, nec cæſtibus vel clypeo aliiſve, quibus depugnabant armis, munitam adverſario objicerent: quo facto, cum adverſarius inferret ictum, eum corpore effugiebant, & in eum jam effuſum impetum dabant: illud σόφισμα *dare latus*, ut dixi, vocant. Valer. Flacc. lib. 4. Argonaut.

Dat genibus junctis latus, effuſumque ſecutus
Haud revocare gradum patitur ——

Ubi videre licet artem illam, quam Galli & nos eos ſecuti *une feinte* in re gladiatoria vocamus, quæ Græcis elegantiſſime σόφισμα dicitur: Ariſtides Orat. in Æſculap. ἀλλὰ καὶ σοφίσματα πυκτικὰ πύκτῃ τινὶ τῶν ἐφ᾽ ἐμῶν ἐγκαθεύδοντι τὸν θεὸν οἷς ἔδει χρησάμενον, καταβαλεῖν τινὰ τῶν πάνυ λαμπρῶν ἀνταγωνιστῶν. Qualia de voce σοφίας obſervat Faber lib. I. Agon. cap. XV. Quintiliano eſt *Avocare arma* lib. IX. cap. I. ut optime explicat Salmaſius ad Hiſtoriam Augu-

Auguſtam. Et navis *dare latus* dicitur, quando pendens in unam partem, alteram fluctibus objicit: L. Seneca Hippolyt.

At ille qualis turbido rector mari
Ratem retentat, ne det obliquum latus
Et arte fluctus fallit, haud aliter citos
Currus gubernat. — —

Uſurpatúmque etiam eſt, de rebus, quæ loco ſuo non movebantur, ut, de ſcopulis; Perſius Satyra VI.

— — *mihi nunc Ligus ora*
Intepet, hibernatque meum mare, qua latus ingens
Dant ſcopuli, & multa littus ſe valle receptat.

Id eſt, ubi ſcopuli in mare projecti ſunt, & ſe fluctuum furori opponunt. Atque ita hi dabant latus, ut viderentur altero latere lædi poſſe, quare & adverſarii in eos impetum faciebant: Græci tales, qui alteram partem non ſatis præmuniunt θατέρα λήπτους vocabant: Locus elegans apud Euſeb. lib. IV. cap. IX. Demoſtrat. loquitur de Diabolo: Δεινὰ γὰρ κατὰ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἀπειλήσας θατέρα ληπτοὺς τοῖς προβολίοις ἀνθρώπους εὕρετο, πρόχειρον καὶ ἐξ οἰκείας γνώμης τὴν ἐπὶ τὸ κακὸν ἔμπτωσιν δι᾽ αὐτεξούσιον προαίρεσιν κεκτημένους. Sed locus dupliciter corruptus, reſtituendus hoc pacto eſt, θατέρᾳ ληπτοὺς τοῖς προβολίοις, id eſt, *Qui quidem cum gravia omnibus gentibus minatus eſſet, altera parte captu faciles ſuis venabulis homines repperit,*

quippe

quippe qui facilem; & ex ſua ipſorum ſententia lapſum ad malum propter libertatem arbitrii poſſiderent. Locutio enim eſt ex palæſtra petita; & ſubauditur μερίδι, non autem χειρὶ, ut vult reverendus Petavius ad Themiſtium, qui Orat. x. elegantiſſime Patronum, οὐδετέρᾳ ληπτὸν vocavit, id eſt, adeo prudentem & exercitatum in rebus agendis, ut nec falli nec decipi poſſet. Καίτοιγε, inquit, προήγορον εἶχον οὐδετέρᾳ ληπτὸν, οὐδὲ ὥσπερ γλώττῃ βάρβαρον, οὕτω δὴ καὶ τῇ διανοίᾳ, ἀλλ᾽ ἐν τῷ συνεῖναι μᾶλλον σοφώτερον ἢ ἐν τοῖς ὅπλοις. *Quanquam patronum illi adhibuerint, qui neutra capi facile poſſit, quique non perinde ingenio eſſet ac lingua barbarus, ſed intelligentia prudentiaque multo quam armis peritior.*

Vers. 135. *Aſcræus unus è Titanibus.* l. *Aſtræus.* Locus Heſiodi eſt in Theog. ✝. 378.

Vers. 207. *Fortaſſe, fors.* l. *fortaſſis, fors:* nam de *fortaſſe* paulo poſt agit.

Vers. 277. *Adejus aſſerit Romam.* Fuit *Adæus* quidam Mitylenæus, cujus mentio apud Athenæum lib. 13. ſed ſuſpicor legendum *Attejus*, & intelligo *Attejum Philologum*, cujus *breviarium rerum Romanarum* in uſum Aſinii Pollionis conſcriptum laudit Sueton. cap. 10. de Illuſt. Grammat.

Vers. 295. *Nam adulans populus R. Octaviano tria ei obtulit nomina.* Videtur Servius parum veterem hiſtoriam ad animum re-

vocaſſe, & nihil agit, dum illud quod dicit Suetonii auctoritate confirmatum ire vult. Nam *Quirinus* quidem nunquam dictus eſt Octavianus, neque nomen *Quirini* ſed *Romuli* oblatum, quaſi conditori urbis, ut ait Sueton. cap. 8. quod nomen valde ipſum appetiiſſe teſtis eſt Dion Caſſius lib. 35. ὁ Καίσαρ ἐπιθύμει μὲν ἰσχυρῶς Ῥώμυλος ὀνομασθῆναι. Nam erat illud ſummi honoris, quem etiam ex parte detulerunt Caligulæ decernentibus Senatoribus ut dies, quo Imperium ſuſcepit, Palilia vocaretur. *velut argumentum rurſus conditæ urbis*, Sueton. cap. 16. & jam ante M. Furio Camillo. Liv. lib. v. cap. 49. *Dictator, recuperata ex hoſtibus patria, triumphans in urbem redit: interque jocos militares, quos inconditos jaciunt, Romulus ac parens patriæ conditorque alter urbis haud vanis laudibus appellatur.* Cujus rei etiam meminit lib. 7. cap. 1. extremo. Pergit Servius: *Inde Cæſar:* Atqui hoc nomen non oblatum, ſed ipſe cepit more majorum ex teſtamento C. Julii Cæſaris. Cæſar enim Octavianum ſororis ſuæ Atiæ & Octavii filium in familiam nomenque adoptavit, quod ille ſtatim poſt mortem ejus aſſumpſit. Dio. lib. 45. Ἀλλὰ τό, τε ὄνομα τοῦ Καίσαρος παραχρῆμα ἀνέλαβε, καὶ τοῦ κλήρου αὐτοῦ διεδέξατο. *Statim nomen Cæſaris aſſumpſit, hæreditatemque iniit.* Quod nomen poſtea patrio more confirmavit, qui in eo conſiſtebat, ut adoptantis quidem ſumeret, ſed ſuum

ſuum etiam paulo informatum ſervaret; quare dictus eſt, C. Julius Cæſar Octavianus, cum ante appellaretur Octavius. Idem Dio lib. 46. Καὶ ἐς τὸ τοῦ Καίσαρος γένος κατὰ τὰ νομιζόμενα ἐσεποιήθη, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἐπίκλησιν μετέθετο. ὠνόμαζε μὲν γὰρ καὶ πρότερον αὐτὸς ἑαυτὸν, ὥς γε τισὶ δοκεῖν, Καίσαρα, ἐξ οὗ τὸ ὄνομα αὐτῷ τοῦτο μετὰ τοῦ κλήρου κατελείφθη· οὐ μέντοι οὔτ᾽ ἀκριβῆ τὴν προσηγορίαν, οὔτε ἐπὶ πάντας εἶχε, πρὶν δὴ καὶ ἐκ τῶν πατρίων αὐτῶν τότε ἐβεβαιώσατο; καὶ οὕτως ἐξ ἐκείνου Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ Ὀκταυϊανὸς ἐπεκλήθη. νενόμισται γὰρ ἄν τις εἰς ποιηθῇ τὴν μὲν ἄλλην αὐτὸν πρόσρησιν ἀπὸ τοῦ εἰσποιησαμένου λαμβάνειν, ἓν δέ τι τῶν προτέρων ὀνομάτων σχηματισθὲν πως τηρεῖν. Per *partem* autem intellige ordines, *Senatum*, *Equites*, *plebem*, qui ordines pro ſua virili in adulationem proni Auguſtum honoribus augere cupiebant. Erraverunt editores editionis ultimæ, dum hæc verba ad lib. 3. Georg. ℣. 27. eo charactere impreſſere, quaſi ſint ipſiſſima Suetonii.

Vers. 493. *In lectum donis votis aureæ.* Statim ut vidi emendabam, *vitis*, quod firmatur à Dicty Cretenſ. lib. 4. ſed quod ille Euripylo, Servius Memnoni attribuit. Viderint alii.

Vers. 539. *Et quia hoc ſignum eſt ubi ſicles.* Suppleverim, *ubi ſunt hyades.* Nam hyades ſunt circa frontem tauri. Germanicus in Arateis Phænom.

Fronte micant hyades ——

Loquitur de tauro; nec ab his longe Orion, cum ſub pectore tauri fuerit. Idem.

Primus in obliquo rapitur ſub pectore tauri Orion.

Vers. 621. *Bellorum caſu, quam cum.* lege & diſtingue : *bellorum caſu (quanquam cum Antenore, &c. eſt) non pro.*

Vers. 724. Refert hic Servius quædam Veneris cognomine, quorum nonnulla corrupta. *Hanc*, ait, *Itali* poſtvotam *dicunt*. l. *Poſtvortam*, quæ Dea partui præerat, ut docet Gellius lib. 16. cap. 16. & Venerem hanc fuiſſe probabile eſt. Pergit: *Ipſa & victima & Netrix*, hæc corruptiſſima, l. *Victrix & Genitrix*. Veneris Victricis mentio in Inſcript. 10. pag. LIX, & 1, 2, 3. pag. LX. apud Gruterum: hæc non à Julio dicata, ſed ſola *Genetrix* videatur Sueton. Jul. 61, & 78. & Inſcript. 3. pag. MXII. ſequitur: *Porrigine capillos excidiſſe*. l. *prurigine*, denique *Epidetiam* paulo poſt. *Epidati ſacrum dicavit*. l. *Epidætiam* & *Epidatiæ*: nam per *æ* ſcribendum, cum veniat ab antiquo δαίς, quod epulum ſignificat.

CAP. III.

Nobiliſſimus in eodem Servii libro locus explicatus & correctus. Honorem aris imponere. Τιμὴ honor, Diis Honor habitus eſt, Diis honorem Dico. *Mos invitandi Deos ad convivia, qui honos etiam Homero habitus apud Argivos, ejus rei cauſa. Interpres Æliani notatus. Bacchus χαριτοδότης δαὶς Ἀθλωάτων. Inſcriptio vetus explicata. Dii exhalationibus ali credebantur, quod ad Deos malos Platonici reſtingunt.* ἑστιᾶν θεὸς. ἑορτὴ ὄψεως, πανήγυρις ὀφθαλμῶν. *Statuæ Deorum & Sacerdotum in conviviis, & alia.*

SAcra nonnulla & cerimonias veterum explicaturus à ſolenni formula, qua arcebantur profani, ordiri placet. Ne igitur vel viſu vel contactu veſtro Muſarum contaminentur Sacra, procul ô procul eſte profani. Notat idem Servius ad lib. I. V. DCCXXXIV. *Apud Romanos etiam cœna edita, ſublatiſque menſis primis ſilentium fieri ſolebat, quoad ea quæ de cœna libata fuerant, ad focum ferrentur & ignem darentur, ac puer Deos propitios nuntiaſſet, ut,* DIIS HONOS HABERETUR, *tacendoque res ageretur .... cum interceſſit inter cœnandum, Græci quoque θεῶν παρουσίαν dicunt.* Nihil hic niſi ſacrum eſt, ſed adeo involutum, & fœdatum, ut monſtro ſimile ſit. Henricus Valeſius

 Galliæ

Galliæ ſuæ decus, & magnum Eruditionis labantis columen legebat ad Ammian. Marcell. pag. cxiv. *Qui mos cùm interceſſit inter cœnandum, Græci quoque*, &c. Sed ego digerebam, reſtituebam, & ſupplebam : *Ferrentur & in ignem darentur, ac puer Deos propitios nuntiaſſet, ut*, Diis Honos Habitus Est; *tacendoque res agebatur, cum interceſſit inter cœnandum decus; Græci quoque* θεῶν παρεσίαν *vocant*: ſingula diligenter explicare operæ pretium eſt: Sublatis igitur menſis primis fiebat ſilentium, & Diis dabantur libamina, idque hac in cœna factum eſt, ſupra,

Poſtquam prima quies epulis, menſæque remotæ
Crateras magnos ſtatuunt & vina coronant.

Unde explicandus egregius locus apud Horat. lib. 4. od. 5: quo Auguſtum hortatur, ut tandem in urbem redeat, atque inter cætera narrat, quomodo cives Romani eum non ſecus ac Deum libationibus colant;

Condit quiſque diem collibus in ſuis
Et vitem viduas ducit ad arbores:
Hinc ad vina redit lætus, & alteris
——— *Te menſis adhibet Deum.*
Te multa prece, te proſequitur mero
Defuſo pateris ———

Quod nihil eſt aliud, quam, te invocant ut conviviis adeſſe velis, & tibi ſublatis menſis primis libamina fundunt libantur: docte Commentator Cruquii: *alteris* exponit *ſecundis*, deinde

deinde pergit: *Nam antiquorum conſuetudo talis fuit, ut ſublata prima menſa, poneretur ſecunda, atque in ea impoſitis pomis, infuſoque in pateras mero libaretur Diis.* Formula illa, *Diis honor habitus eſt*, elegantiſſima utebatur puer, ſacrificiis ſeu libationibus oblatis, id eſt, honoribus diis habitis: hoc enim ſi factum eſſet eos credebant propitios: *Honores* autem & τιμαὶ licet ad omnia referantur quibus dii placantur, quibus illis honor habetur, frequenter de ſacrificiis ponuntur: *Aris imponere honorem* eſt ſacrificare lib. I. v. LVII.

— — & quiſnam numen Iunonis adoret
Præterea, aut ſupplex aris imponat honorem.

Libro eodem, cum Æneas ad Venerem, quæ ſe occultabat forma puellæ Tyriæ, dixiſſet,

Multa tibi ante aras noſtra cadet hoſtia dextra,

Illa reſpondet

——— haud equidem tali me dignor honore.

Recte Servius explicat, *ſacrificium.* Rurſus lib. III. v. CLXXVIII.

——— ——— perfecto lætus honore
Anchiſen facio certum, remque ordine pando.

Nec aliter Græci: Heſiod. ἐν ἔργ. v. CXXXVI.

——— ——— τοὺς μὲν ἔπειτα
Ζεὺς Κρονίδης ἔκρυψε, χολούμενος οὕνεκα τιμὰς.
Οὐκ ἐδίδουν μακάρεσσι θεοῖς, οἳ ὄλυμπον ἔχουσι.

Ratio loquendi apud Latinos inde deducta; quia *honorem alicui habere* ipſis eſt remunerare præmium, vel mercedem dare. Curtius lib IX.

Rex copiarum duces coronis & mille aureis ſingulos donat; cæteris quoque proportione, aut gradu, quem in amicitia obtinebat, aut navata operæ honos eſt habitus. Terentius Eunuch. 5, 6, 22.

Hic pro illo munere tibi honos eſt habitus.

Apud Ulpianum lib. 6. D. Mand. *Si remunerandi gratia honor intervenit, erit mandati actio.* Id eſt, pecunia remunerandi ſeu honorandi gratia data promiſſave fuerit. Hinc Diis proprie *honor* dicitur *haberi*, quando ob accepta beneficia grates ipſis aguntur, & victimæ mactantur; quare non recte ii qui aliquid petunt, ab iis, *honorem habere* poſſunt dici, cum nulla ſit remuneratio, nec ullum acceptum beneficium, quod tamen facit Virgilius, cum ait, *aut ſupplex aris imponat honorem*: ſed uſus obtinuit ut promiſcue uſurpetur: quod idem obſervare licet in voce *ſupplicatio*: Nam prima ſua ſignificatione nihil aliud notat quam preces, quæ habebantur ad avertendum aliquod malum: Sæpiſſime tamen ponitur, quando grates diis aguntur, propter res bene geſtas ab Imperatoribus, & propter depulſum periculum: Cæteroquin quando accurate loquuntur Auctores diſtinguunt, & hæc ſupplicatio dicitur *gratulatio*, altera vero *obſecratio*, quod probare non eſt hujus loci. Hi igitur qui ſacrificabant, dicebantur, *Diis honorem habere*, occurritque eadem formula apud Arnob. lib. 7. adverſ. Gentes:

Quod

Quod ſi ſimiliter dicant evigilare, atque dormire, deambulare, ſubſiſtere, conſcribere aliquid ac lectitare, ut honorem Diis habeant, ut dignitatibus eos faciant ampliores. Qua utebantur etiam ii, qui ſupplicationes à Senatu poſtulabant. Liv. lib. 29. *L. Iuventius Talna & T. Quintilius, quantum bellum jam profligatum in Hiſpania eſſet, Senatu edocto poſtularunt ut pro rebus tam proſpere geſtis* DIIS IMMORTALIBUS HABERETUR HONOS, *& ut exercitum deportare liceret. Supplicatio in biduum decreta eſt.* Quo pertinet antiquiſſima illa formula, qua magiſtratus, rebus peractis, ſacrificandum vel gratias diis eſſe habendas indicebant, quod his tribus verbis fiebat, DIIS HONOREM DICO. Servius ad I. Æneid. v. DCXXXVI. *Apud majores noſtros mos fuit ut magiſtratus poſt res ſerias, quæ conſulto peragebantur in fine actus adderent,* DIIS HONOREM DICO. *Vel alio modo,* HINC AD DEOS. Pergit deinde Servius: *Tacendoque res agebatur, cum interceſſit inter cœnandum Deus.* Nam Dii putabantur epulis intereſſe, maxime iis, quæ peracto ſacrificio fiebant: convivæ eos invocabant, ut, in illo *Bacche veni* & hoc loco *Adſis lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno.*

Ita enim legendum eſſe, non *Adſit*, ſatis ex antecedentibus patet, nam ut ibi invocat Jovem hoſpitalem, ita nunc orationem ſuam ad Bacchum dirigit, eumque invocat ut epulis inter-

eſſe velit: cui rei inſerviebant etiam Libationes, quippe quæ ea præcipue de cauſa factæ, ut Deos elicerent & attraherent. Lapis apud Gruter. VIII. pag. CCXXVIII. EOQUE. NATALI. UT. QUODANNIS. VITULUS. IMMOLETUR. ET. NATALIBUS. AUGUSTI. ET. TIBERI. CÆSS. PRIUSQUAM. AD. VESCENDUM. DECURIONES. EANT. THURE. ET. VINO. GENII. EORUM. INVITENTUR. Et obſerva apud Horatium loco ſupra laudato, Auguſtum menſis *Deum eſſe adhibitum*, id eſt, invocatum v. c. *Adſis Auguſte.* eumque præterea honoratum eſſe *mero*, quod fiebat ad eum invitandum. Bacchus præcipue in conviviis invocabatur; quia vini largitor, & auctor intermiſſionis laborum. Athenæus lib. IX. Τὰς εὐωχίας ἐκάλουν οὐκ ἀπὸ τῆς ὀχῆς, ἥ ἐστι τροφή, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ κατὰ ταύτας δεῖν ἔχειν: εἰς ἃς δὴ συνιόντες οἱ τὸ θεῖον τιμῶντες, καὶ εἰς εὐφροσύνην καὶ ἄνεσιν αὐτοὺς μεθιέντες, τὸ μὲν ποτὲ μέθυ, τὸν δὲ τοῦτο δωρησάμενον θεὸν Μεθυμναῖον, καὶ Λυαῖον καὶ Εὔιον καὶ Ἰήιον προσηγόρευον. Quare & χαριτοδότης nominatus fuit, quod cognomen melius vix explices, quam per illud Virgilii, *Lætitiæ dator.* Pſutarchus in Conviv. VII. Sapient. Ὀμβρίῳ δὲ Διΐ, καὶ προηροσίᾳ Δήμητρι, καὶ Φυταλμίῳ Ποσειδῶνι πανταχοῦ βωμός ἐστι: πῶς δὲ χαριτοδότης ὁ Διόνυσος, εἰ δεησόμεθα μηδενὸς ὧν δίδωσι. *Iovi autem pluvio, & Cereri arationis inven-*

ventrici, & Neptuno ſtirpium educatori, ubi ara erit? Aut quomodo Lætitiæ dator Bacchus, ſi nihil eorum quæ largitur ipſi requiremus? Julianus in Cæſaribus: Πάντων οὖν τῶν θεῶν κύκλῳ καθημένων, ὁ Σειληνὸς ἐρωτικῶς ἔχειν δοκῶν μοι τοῦ Διονύσου καλοῦ καὶ νέου καὶ τῷ Πατρὶ τῷ Διὶ παραπλησίου· πλησίον αὐτοῦ τροφεύς τις οἷα, καὶ παιδαγωγὸς καθῆστο, τά τε ἄλλα φιλοπαίγμονα, καὶ φιλογέλωτα καὶ χαριτοδότην ὄντα τὸν θεὸν εὐφραίνων καὶ δὴ καὶ τῷ σκώπτειν τὰ πολλὰ καὶ γελοιάζειν: quod eſt vertente Cunæo: *Igitur poſtquam omnes in orbem conſediſſent, Silenus Bacchi, ut videbatur amore captus (nam & formoſus erat & adoleſcens admodum, atque ore Iovem referebat Patrem) applicuit ſe ad illum, quippe quem educaſſet olim ſuoque ductu rexiſſet: is Deum ſuapte natura ludo atque riſu gaudentem, omniſque venuſtatis auctorem cum aliis rebus, tum dentatis jocis dictiſque oblectabat.* Quem locum clariſſimus & doctiſſimus Spanhemius mihi ſuppeditavit Lutetiæ Pariſiorum, cum ad Regem Chriſtianiſſimum Sereniſſimi Electoris Palatini eſſet Orator. Hinc Plato permiſit iis, qui annum quadrageſimum attigerant cum alios Deos, tum etiam Dionyſium ad ſacra ſenum & ludos invocare, quippe qui hominibus vinum quaſi remedium adverſus ſenectutis duritiem eſt largitus: verba Græca ſunt libro 2. de Legibus: τετταράκοντα δὲ, inquit, ἐπιβαίνοντα ἐτῶν, ἐν τοῖς ξυσσιτίοις εὐωχηθέντα καλεῖν τούς τε ἄλλους θεοὺς, καὶ δὴ καὶ

δὴ καὶ Διόνυσον παρακαλεῖν εἰς τὴν τῶν πρεσβυτῶν τελετὴν ἅμα καὶ παιδιὰν, ἣν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἐπίκουρον τῆς τοῦ γήρως αὐστηρότητος ἐδωρήσατο τὸν οἶνον φάρμακον, ὥστ' ἀνηβᾶν ἡμᾶς καὶ δυσθυμίας λήθην γίγνεσθαι. Eademque ratio fuit ſacrificiorum, ad quæ Dii, veluti convivæ, vocabantur: qui honos apud Argivos Homero habitus eſt. Ælianus lib. I X. cap. X V. Ποικίλης: ὅτι ποιητικῆς ἁπάσης Ἀργεῖοι τὰ πρῶτα Ὁμήρῳ ἔδωκαν, δευτέρους δὲ αὐτοῦ ἔταττον πάντας. ποιοῦντες δὲ θυσίαν, ἐπὶ ξενίᾳ ἐκάλουν τὸν Ἀπόλλωνα καὶ Ὅμηρον. *Argivi Poëticæ totius palmam Homero tribuebant, ab eo reliquos omnes ſecundos ponebant: Et ſi quando rem divinam facerent in hoſpitalitiis invocabant Apollinem & Homerum.* At quid illud eſt *in hoſpitalitiis?* ἐπὶ ξενίᾳ vel ἐπὶ ξένια, ut alii loquuntur, καλεῖν nihil eſt aliud quam *in hoſpitium invitare*, ſeu *invitare hoſpitio*, quomodo hic locus vertendus, quo ſignificat invocatos Apollinem & Homerum eſſe ut velint ſacrificio intereſſe, & de eo ſe paſcere: ejuſque honoris principi Poëtarum cauſam fuiſſe credo, quod eorum genus in Iliade ſua laudibus extulerat & celebraverat; nam & hac de cauſa viſum iis eſt Homero ſacrificare; Auctor Ἀγῶνος Homeri & Heſiodi: Τιμηθεὶς δὲ μεγάλως παραγίνεται εἰς Ἄργος, καὶ λέγει ἐκ τῆς Ἰλιάδος τὰ ἔπη τάδε, cum verſus recitaſſet auctor ille, pergit: τῶν δὲ Ἀργείων οἱ προεστηκότες, ὑπερβολῇ χαίροντες ἐπὶ τῷ ἐγκωμιάζεσθαι τὸ γένος αὐτῶν ὑπὸ τοῦ ἐνδοξοτάτου

τῶν ποιη-

τῶν ποιητῶν, αὐτὸν μὲν πολυτελέσι δωρεαῖς ἐτίμησαν· εἰκόνα δὲ χαλκῆν ἀναστήσαντες, ἐψηφίσαντο θυσίαν ἐπιτελεῖν Ὁμήρῳ καθ' ἡμέραν, καὶ κατὰ μῆνα, καὶ κατ' ἐνιαυτόν. Nec ſine ratione factum eſt, ut Argivi Apollinem & Homerum ſimul invocaverint, nam Apollo fuit Muſarum præſes, unde & Μουσηγέτης vocatus fuit. Plato lib. 2. de Legibus init. ubi rationem reddit, quare feſti dies inſtituti ſint. Οἱ θεοὶ, inquit, οἰκτείραντες τὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπίπονον πεφυκὸς γένος, ἀναπαύλας τε αὐτοῖς τῶν πόνων ἐτάξαντο, τὰς τῶν ἑορτῶν ἀμοιβὰς τοῖς θεοῖς, καὶ Μούσας, καὶ Ἀπόλλωνα τε Μουσηγέτην, καὶ Διόνυσον ξυνεορταστὰς ἔδοσαν. Ex ſacrificiis autem Dii, non ſecus ac homines epulis, ali & nutriri volebant: τοῖοι βροτοὶ ἦσαν: ſic vita erat, omnia de illis humana credere, & nihil eximium præter nomen & honores relinquere, affectus, cupiditates dare, & propriis mortalium imbecillitatibus ſubjicere, denique ſacra quotidiana facere ne, ut credo, deficerent; & fame laborarent: quo reſpicientes Poëtæ elegantiſſime ſacrificium, vocant δαῖτα Ἀθανάτων. Heſiodus ἐν Ἔργ. καὶ ἡμέρ. v. CCCLIII.

Μηδ' ἀπὸ δυσφήμοιο τάφου ἀπονοστήσαντα
Σπερμαίνειν γενεὴν, ἀλλ' ἀθανάτων ἀπὸ δαιτός.
Neque à cœna ferali reverſus
Seminato progeniem, ſed à ſacrificiis Deorum.

Id eſt, poſtquam ſacrificaveris. Opponit enim Silicernium ſeu feralem cœnam, & ſacrificia, & feralem cœnam intelligo quæ proprie erat

Deo-

Deorum manium, unde guſtare nemini licebat, quæque relinquebatur ſuper tumulo, ſive etiam comburebatur vel in culina, vel in ipſo rogo, unde τάφον Heſiodus vocat; Idem v. DCCXLII.

Μηδ' ἀπὸ πεντόζοιο, θεῶν ἐνὶ δαιτὶ θαλείῃ,
Αὖον ἀπὸ χλωροῦ τάμνειν αἴθωνι σιδήρῳ.
Ne vero à manu, Deorum in celebri convivio
Siccum à viridi reſeca nigro ferro.

Neque tamen inficias eo, poſſe intelligi epulas, quæ peracta re divina fiebant: nam fere ſemper convivium ſacrificio adjunctum erat, quo amicos accipiebant, unde explicanda inſcriptio apud Gruter. v. p. 49.

HERCULI
SANCTO. SAC
P. POMPONIVS. NO
TVS. VOTVM. SOL
AMICOS. ACC. BENE.

Quæ ultima verba ſignificant *Amicos accepit bene*, ſcilicet, poſt votum Herculi ſolutum in epulo ſolenni: Licet homines illiberales & puſilli animi reliquas victimarum partes vel venderent, vel etiam ſale adſperſas conderent & ſervarent, quos reprehendit notatque Theophraſtus in elegantiſſimo libello, quem χαρακτῆρας inſcripſit: Et ea quidem ſententia auctoritate Clariſſimorum virorum tuta eſt, & forte ego toto errare cœlo dicar, qui ab ea poſſim diſcedere. Sed quid? ſua unicuique mens,

ſuum

ſuum judicium, & alias animæ proprietates, futuraſque mentium ac corporum formas in ortu accipimus. Δαὶς igitur Α'θηνάτων nihil mihi aliud, quam ipſum ſacrificium, eoque ſenſu Homerus ait Jovem profectum eſſe ad convivium, quod ipſi Æthiopes apparaverant. Iliad. A. v. CCCCXXIV.

Ζεὺς γὰρ ἐπ' Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Α'ιθιοπῆας
Χθιζὸς ἔβη μῦ δαῖτα ———

Nihil eſt aliud quam *ſacrificium*: & clariſſime Οδυς. A. v. XXVI. de Neptuno, qui apud Æthiopas erat, ut intereſſet ſacro ſibi parato:

Α'λλ' ὁ μὲν Α'ιθίοπας μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας
Α'ντιόων ταύρων τε ἡ ἀρνειῶν ἑκατόμβης;
Ε'νθ' ὅγε τέρπετο δαιτὶ παρήμενος ———

Hecatombam taurorum & agnorum vocat epulum, quia Neptunus inde paſcebatur: quia locus præterea docet hecatombas de aliis, quam bubus, pecudibus dici, contra quam pleriſque videtur: Nam & ἑκατόμβη καμήλων apud Diodorum leguntur notante Fabro, imo etiam ἑκατόμβη τῶν ἀνδρῶν apud Suidam in Θετταλῶν σόφισμα: & Zenobium Centur. IV. prov. XXIX. Præterea, quod unice probat δαῖτα Α'θηνάτων eſſe ſacrificium is qui ſacrificabat dicebatur ἑςιᾶν θεὺς, *convivio excipere Deos*: Mercurius apud Lucianum in Timone: Τί φὴς, ὦ πάτερ; ἀγνοεῖς Τίμωνα τὸν Ε'κεχεκρατίδου τὸν Κολυττέα; ὗτός ἐςιν ὁ πολλάκις ἡμᾶς καθ' ἱερῶν τελείων

λείων ἑστιάσας, ὁ νεόπλουτος; ὁ τὰς ὅλας ἑκατόμβας, παρ' ᾧ λαμπρῶς εἰώθαμεν ἑορτάζειν τὰ Διάσια. *Quid ais, ô pater! ignoras Timonem Colyttenſem Echecratidæ filium? hic ille eſt, qui nos toties victimis integris* (ut ſcilicet totæ comburerentur) *accepit, ille repente dives; qui totas hecatombas mactabat, apud quem ſplendide ſolebamus agere Diaſia.* Et ideo δαῖτα vocarunt, atque ἑστιᾶν dixerunt, quia Dii exhalationibus ali credebantur: Marcus Imperator apud Julianum in Cæſaribus; ubi cum Silenus dixiſſet, τί δή ποτε γοῦν ἤσθιες καὶ ἔπινες; οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς ἀμβροσίας τε καὶ νέκταρος, ἄρτου δὲ καὶ οἴνου; *Quid enim olim comediſti, & bibiſti? num quemadmodum nos ambroſiam & nectar, tu quoque panem & vinum?* Reſpondet Imperator: Ἀλλ' ἔγωγε, εἶπεν, οὐχ ᾗπερ οὖν ᾤμην τοὺς θεοὺς μιμεῖσθαι ταύτῃ προσεφερόμην σιτία καὶ ποτά· τὸ σῶμα δὲ ἔτρεφον, ἴσως μὲν ψευδῶς, πειθόμενος δὲ ὅτι καὶ τὰ ὑμέτερα σώματα δεῖται τῆς ἐκ τῶν ἀναθυμιάσεων τροφῆς· *Sed non*, inquit, *quo Deos imitari me putem, idcirco cibum & pocula attigi. Corpus quidem meum nutrivi, falſo fortaſſe, ſed tamen perſuaſus veſtra quoque corpora alimento ab exhalationibus expreſſo indigere.* Nam illum locum de vaporibus, qui ex ſacrificiis incenſis ſurgunt interpretor. Quo reſpicit in ſequentibus etiam Jupiter apud Lucian. dum ait, ἔτι γοῦν ἐν ταῖς ῥισὶ τὴν κνῖσαν αὐτῶν ἔχω. Locuſque hanc in rem elegans apud Arnob. lib. 7. adverſus Gentes, ubi poſt-

poſtquam Ethnicos interrogaſſet, cur Diis inanimatis ut ſtatuis ſacrificent, addit: *Niſi forte hoſtiarum Deus animas devorat, aut ex aris ardentibus nidorem conſectatur & fumos, paſciturque de Cniſſis, quas evomunt ardentia viſcera, adhuc ſuda de ſanguine & prioribus humecta de ſuccis.* Recte de *Cniſſis*, nam vox hæc propria quando de fumo ſacrificiorum loquuntur. Heſychius: Κνίσσα ἀτμὸς, καπνὸς τῶν θυσιῶν. Et ludit hanc in rem Lucianus in libello de ſacrificiis, ubi ait Deos circa Jovem ſedentes reſpicere continuo terram, num alicubi fumus ſurgat, ut exinde poſſent epulari: οἱ δὲ θεοὶ, ſunt verba ejus, παρὰ Ζῆνι καθήμενοι (πρέπει γὰρ οἶμαι ἄνω ὄντας μεγαληγορεῖν) ἀποσκοποῦσιν ἐς τὴν γῆν, καὶ ταύτῃ περιβλέπουσιν ἐπικύπτοντες, εἴποθεν ὄψονταί πῦρ ἀναπτόμενον, ἢ ἀναφερομένην κνίσσαν, ἑλισσομένην πάντες, ἐπικεχηνότες τῷ καπνῷ, καὶ τὸ αἷμα πίνοντες τοῖς βωμοῖς προσχεόμενον, ὥσπερ αἱ μυῖαι. Et tunc poſſunt dici *foris cœnare*, nam paulo poſt eos οἰκοσίτους eleganter vocat, quando nectar bibunt, & ambroſiam edunt. ἣν δ' οἰκόσιτοι ὦσι, νέκταρ καὶ ἀμβροσία τὸ δεῖπνον. Et hinc defenſionem captavit Prometheus, accuſatus quod ignem è cœlo ſuſtuliſſet, hominibuſque ejus indicaſſet uſum, cum dicat igne homines ſacrificia intendere, quibus Dii epulorum vice utebantur. Lucianus in Prometh. οἱ δὲ ἄνθρωποι (dixerat antea Deos non egere artificioſo lumine quia coquere illis neceſſum non ſit ambro-

broſiam) καὶ εἰς τὰ ἄλλα μὲν ἀναγκαίως χρῶνται τῷ πυρὶ, μάλιστα δὲ εἰς θυσίας, ὅπως ἔχοιεν κνισσᾶν ἀγυιᾶς, καὶ τοῦ λιβανωτοῦ θυμιᾶν, καὶ τὰ μηρία καίειν ἐπὶ τῶν βωμῶν. *Hominibus tum ad alia neceſſaria ignis habendus eſt, tum maxime ad ſacrificia, quo videlicet in bivio nidorem vobis parent, thura incendant, & pecudum coxas adoleant in aris.* Luditque hac de cauſa elegantiſſime Deos Gentilium. Arnob. lib. 7. adv. Gentes, dum vult, ut iis etiam dent bibere, ne forte dapes faucibus hæreant. *Date igitur quæſo*, inquit, *immortalibus diis, bibant, ſcyphos, brias, pateras, ſimpuviaque depromite, & quoniam tauris, pinguibuſque ſe dapibus, atque opimis interficiunt eſcis, ne quod in ſtomachi tramite male tranſvoratum ſubſtiterit viſcus, ſuccurrite, properate, Iovi Optimo Maximo merum, ne præfocetur, date, cupit eructare, nec potis eſt: ac ni illa labatur & diſſolvatur obſtructio, periculum maximum eſt, ne oliſus interrumpatur ſpiritus, & viduatum remaneat ſine ſuis adminiſtratoribus cœlum.* Quippe non diſſimiles Dii erant umbris, quas pari ſuperſtitione advolare credebant ad cœnas ferales, & ſacrificia funeſta; docet id Mercurius apud eundem Lucian. in Contemplantibus: ubi cum Charon rogaſſet, quare ad tumulos parentent, reſpondet ille: οὐκ οἶδα, ὦ Πορθμεῦ, τί ταῦτα πρὸς τοὺς ἐν ᾅδου πεπιστεύκασι δ' οὖν τὰς ψυχὰς ἀναπεμπομένας κάτωθεν, δειπνεῖν μὲν ὡς οἷόν τε περιπετομένας τὴν κνίσαν καὶ τὸν καπνὸν,

καπνὸν, πίνειν δὲ ἀπὸ τοῦ βόθρου τὸ μελίκρατον. *Equidem ignoro, ô portitor, quid hac ad eos, qui apud inferos agunt, pertineant: verum illis perſuaſum eſt umbras ab inferis reduces cœnare quidem, utcunque liceat, circa nidorem volitando, bibere autem è foveis mulſum.* Unde patet umbras non ſecus ac deos alí ex fumo victimarum: quod Græcis elegantiſſime dicitur ἑστιᾶσθαι κατὰ τὴν εὐωδίαν, quomodo de floribus loquitur Ælian. lib. 13. cap. 1. ubi Atalantæ antrum deſcribit. συνανέτελλε δὲ αὐτοῖς καὶ ὑάκινθος καὶ ἄλλη πολλὴ χροιὰ ἀνθέων, οὐ μόνον εἰς ἑορτὴν ὄψεως συντελεῖν δυναμένων, ἀλλὰ καὶ ὀσμαὶ ἐξ αὐτῶν τὸν ἀέρα τὸν κύκλῳ κατελάμβανον· καὶ παρῆν τῇ τε ἄλλῃ πανηγυρίζειν, καὶ κατὰ τὴν εὐωδίαν ἑστιᾶσθαι. Qui locus inter elegantiſſimos nitidiſſimi Scriptoris à me ſemper habitus eſt, adeo ut neſciam, num admirandum ſit elegantiſſimum Auctoris ingenium, an vero feliciſſima Græcorum verba exprimendi vis. Nam & ἑορτὴ ὄψεως ornatiſſime dicitur, de delectatione, quam oculi ex floribus variiſque coloribus capiunt, quomodo etiam πανήγυριν τῶν ὀφθαλμῶν dixit lib. 3. cap. 1. & *odoratus* dicitur ἑστιᾶσθαι κατὰ τὴν εὐωδίαν non ſecus ac is qui lauto convivio accipitur; quod idem dicto loco non minori elegantia ad cantum avium transfert, κατάδουσι δὲ καὶ ὄρνιθες ἄλλος ἄλλη διεσπαρμένοι καὶ μάλιστα οἱ μουσικοὶ καὶ ἑστιῶσιν εὖ μάλα τὰς ἀκοάς. Sed hæc obiter: Nunc ad ſacrificia noſtra revertamur; ex quibus Deos alimenta ſumere

 ſibi

ſibi perſuaſit olim ſuperſtitioſa credulitas, quod tamen Platonici malis ſolum dæmonibus tribucbant, eoſque ſolos affici nidore ſacrificiorum volebant. Porphyr. lib. 2. de Abſtin. Οὗτοι οἱ χαίροντες λοιβῇ τε κνίσῃ τε, δι᾽ ὧν αὐτῶν τὸ πνευματικὸν πιαίνεται. ζῇ γὰρ τοῦτο ἀτμοῖς καὶ ἀναθυμιάσεσι καὶ πικίλως διὰ τῶν ποικίλων, καὶ δυναμοῦται ταῖς ἐκ τῶν αἱμάτων καὶ σαρκῶν κνίσαις. *Quinetiam libamine & eniſſis, per quæ Spiritus ipſorum pingueſcit, recreantur, vivit enim ille vapore & ſuffimentis & quidem varie propter varios ſuffitus, & corroboratur per carnium & ſanguinis vapores.* Et Pythagoræi ad Deos χθονίους reſtringunt. Iamblichus lib. 1. de vita Pythagoræ, cap. 27. Οἱ δὲ χθόνιοι τοὐναντίον ὡς ἂν ἐλαττόνων κληρονομοῦντες τοῖς κώμοις καὶ θρηνώδοις, ἔπι δὲ ταῖς συνεχέσι χοαῖς, καὶ ταῖς ἐπιφορήμασι, καὶ τοῖς μετὰ μεγάλης δαπάνης ἐναγισμοῖς χαίρουσιν. Cæterum hæc cauſa videtur eſſe, quare Deorum ſtatuæ in conviviis fuerint poſitæ, ut ſcilicet invocati ante, per ſuas ſtatuas præſentes eſſe viderentur: id factum fuiſſe in Jovis epulo, quod *Diale* vocant, apud Romanos teſtis Valer. Max. initio lib. 2. *Feminæ*, inquit, *cum viris cubantibus ſedentes cœnitabant, quæ conſuetudo ex hominum convictu ad divina penetravit: nam Iovis epulo ipſe in lectulum, Iuno & Minerva in ſellas ad cœnam invitantur.* Quem honorem etiam Sacerdotibus habitum docet nos vetus lapis apud Gruter. pag. 325.

COR-

CORNELIÆ CLEMENTIS. F. TUSCÆ SACERDOTIS. PERPETUÆ ORDO. IPORCENSIUM. OB. MUNIFICENTIAM STATUAM. EI. CENIS. PUBLICIS. POSUIT ITEM. SEVIRI. CENAS. REMISERUNT.

CAP. IV.

Servius in Librum II. *Æneidos ſæpius corrigitur:* Subpalamedes: Diis invidiam facere. Tumultus: tumor; tumida vita. *Venus in modum umbilici culta, Pallas & Ceres ſub ſtipitis forma. Ceres* Ομπνία: *Scholiaſtes Nicandri, & Suidas emendati: Templa ad quæ viris non dabatur aditus, & alia à quibus mulieres arcebantur.*

AD V. XLIV. recenſens errores Ulyſſis commentatur, *Nam cum Italiam poſt errores fuiſſet reverſus*, legendum, *Ithacam*.

V. LXXXVI. *Quem ejus inimici velut ſubparem inſequerentur.* An *ſubparem* dixit fere parem, *ſub* enim in compoſitione minuit, ut *ſubtriſtis*, *ſubiratus*, *ſubmoleſtus*, & alia? an legendum *ſubpalemedem*, ea ratione qua Tertullianus Domitianum vocat *Subneronem?*

V. CLXXII. *Inter conſecratas res*, id eſt, *ædes æreas, etiam ſimulacra accipiunt.* Igitur ſolæ ædes æreæ conſecratæ, & ſimulacra: quis adeo rudis in antiquitate ut credere animum in-

ducat: lege, *ædes, aras*. Ad lib. III. v. LXXIII. *Sane ſacrum dicitur quod rite ſacratur Deo, ut ædes, ara, ſimulacra, dona.*

V. CCCLXIV. *Gradatim aſcendit, vias, domos, templa, videtur enim & de Diis facere invidiam, qui templa ſua violari cadaveribus paſſi ſunt.* Ut ſenſum habeas, vel eſt delenda particula *de*, vel potius ſcribendum *& id Diis*. & *id* reſpicit ad *templa*, quo maxime invidiam Diis faciebat, qui nec loca ſacra, nec ſuas ipſius ſedes defendiſſent ab injuriis & vi hoſtium. *Invidiam Diis facere* dicimur, quando primo narrando feliciſſimum ſtatum, deinde graviſſimas calamitates ſubjungimus, quas nullo noſtro merito patimur, nec meruimus, unde ſine dubio qui illas audiunt, ſiniſteriores de Diis opiniones capiunt, eoſque invidia proſequuntur, quippe qui talia accidiſſe paſſi ſint: idque artificium hic non neglexit Poëta, nam cum dicit,

Urbs antiqua ruit, multos dominata per annos,

felicitatem Trojæ reſpicit, cum vero adjicit,

Plurima perque vias ſternuntur inertia paſſim
Corpora, perque domos, & relligioſa Deorum
Limina ———

Diis facit invidiam, quam Servius eo præcipue reſtringit, quia templa cadaveribus fœdari ſinebant: geminus locus apud Ovid. lib. VII. Metam. v. DCIII. deſcribentem peſtem, quæ regnante Æaco orta eſt,

Ante ſacros vidi projecta cadavera poſtes:

Ante

Ante ipſas, quo mors foret invidioſior, aras.
Id eſt, quo majorem Diis concitarent invidiam, cum illi morerentur qui etiam ad aras pacem Deorum expoſcebant votis & precibus, contaminarenturque illa loca, à quibus omne cadaver arcebatur. Quintil. decl. VIII. *Filios ſaltem committe matri, de fortuna quæratur, Diis faciat invidiam*, quod futurum erat, ſi illa ſuam in Deos commemoraret pietatem, & recenſendo infortunia, quibus conflictabatur, & eleganter Statius lib. III. Sylvarum Carm. V. ait ſe à morbo & morte liberatum eſſe quia Dii *invidiam* uxoris verebantur.

Scilicet exhauſti Lacheſis mihi tempora fati
Te tantum miſerata dedit, ſuperique potentes
Invidiam timuere tuam ——

Quam etiam Diis facere dicebantur ſi ob cariſſimorum funera ſe affligerent, lacerarent genas, omnique ſe fœdarent lugentium habitu, Lucanus lib. 2. v. XXXVI.

Nec cunctæ ſummi templo jacuere Tonantis
Diviſere deos: & nullis defuit aris
Invidiam factura parens ——

Nam ante dixerat

—— —— *cultus matrona priores*
Depoſuit: mœſtaque tenent delubra catervæ.
Hæ lacrymis ſparſere Deos, hæ pectora duro
Afflixêre ſolo: laceraſque in limine ſacra
Attonitæ fudere comas ——

Præterea pectus tundendo, credebant ſe Diis

ſacere invidiam: *Plangere invidiam* dicunt, Statius lib. 9. Theb. v. DCCXXII. loquitur Diana, cum mors inſtaret Parthenopei, filii Atalantæ, quo mortuo Atalanta ventura foret ad ipſius aras plangendo, lamentando, miſerando ſortem ſuam, invidiam Deæ factura:

Et nunc illa meas ingentem plangit ad aras
Invidiam, ſurdaſque fores & limina laſſat.

In his autem & ſimilibus loquendi formulis *invidia*, nihil eſt aliud, quam *invidioſa oratio*, ſeu *invidioſa facta*, quibus aliis *invidiam* parabamus. Phœdrus, *magnaque invidia criminatur filium*, id eſt, oratione invidioſa. Quint. Decl. XIII. *Quis hoc ulla ſatis perſequi poſſet invidia?*

Vers. 485. *Tumultus dictus quaſi timor multus. Tumultus* quamvis proprie bellum citerioris Galliæ notet, pro omni tamen gravi bello ponitur. Corn. Nep. Milt. cap. 4. *Hoc tumultu Athenienſes tam propinquo.* Bellum Darii intelligit. Cicer. lib. v. ad Attic. 21. *Quo autem die Caſſii literæ victrices in Senatu recitatæ ſunt*, id eſt, *Nonis Octobribus*, *eodem meæ tumultum nuntiantes.* Nam ante dixerat: *Hodie vero hiemant in Cyrrheſtica, maximumque bellum impendet.* Sed corruptus Servius hac in notione. legendum enim: *quaſi tumor multus. Tumere negotia* Ciceroni dicuntur cum maxime agitantur. lib. 14 ad Attic. Epiſt. 4. *Tument negotia.* ep. ſeq. *tumentes rerum* dixit, quibus nihil aliud

quam

quam tumultus ſignificatur. Nam & *tumor* pro tumultu ponitur à Quintiliano decl. 13. *Etiamſi diverſis regibus* (loquitur de apibus) *coorta ſeditio ad bellum inflammavit iras, exiguo pulvere, vel unius pœna ducis reſedit omnis tumor.* Præterea *tumidam vitam* dixerunt quæ variis caſibus, & quaſi tumultibus obnoxia eſt. Inſcript. apud Gruter. pag. 950.

EFFVGI. TVMIDAM. VITAM. SPES.
FORMA. VALETE.
NIL. MIHI. VOBISCVM. EST. —

Vers. 490. *Patrio . . . Æta relinquens domum,* Locus Apollonii eſt lib. 4. Arg. ỷ. 26. lege autem: *Patriam & Æta relinquens.*

Vers. 683. *Tutulum pileum lanatum metæ figuræ.* Legendum omnino *figura*; Feſtus dicit *forma metali figuratam.* Per *metam* autem intellige columnam, qualis in circo ponitur, circa quam agitatores quadrigas flectere debebant. Lib. 1. *Apud Cyprios Venus in modum umbilici, vel, ut quidam volunt, meta colitur:* qui locus dignus eſt, cui paululum immoremur. Nam Deos Deaſve metæ figura cultos fuiſſe videtur inde fluxiſſe, quia olim *Haſtæ* pro Diis colebantur. Juſtin. lib. 43. cap. 3. *Per ea adhuc tempora Reges haſtas pro diademate habebant, quas Græci ſceptra dixerunt; nam & ab origine rerum pro Diis immortalibus veteres haſtas coluere.* Sed ut hoc dubium, ita certum Venerem forma metali apud Cyprios adoratam, & quidem in

 urbe

urbe Papho, unde & *Venus Paphia*, cujus de ſimulacro Tacitus 2. H. cap. 3. *Simulacrum*, inquit, *Deæ non effigie humana, continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metæ modo exſurgens & ratio in obſcuro.* Qui Circi metas in nummis viderit, de Veneris figura certus erit, quæ etiam quoad omnia repræſentatur apud Gutherium lib. 3. cap. v. de veteri jure Pontificio: Sed notent juniores viri clariſſimi lapſum, dum *Dianam Paphiam* appellat, quæ *Venus* eſt: nullum dubium quin fidem memoriæ advocare oblitus fuerit, tam turpem enim errorem à viro ſummo longe amotum volo, & facile evincent incuria eum erraſſe Auctoritates, quibus ſententiam ſuam firmat: Tacitus eſt & nummi; & illum de Venere Paphia loqui monſtravimus, in his vero legitur Κοῖνον Κύπειον, additis duabus columbis, quæ in tutela Deæ iſtius, cujus rei cauſa poteſt videri apud Lutatium ad lib. I v. Thebaidos. Idemque obtinuit in aliis Deabus. Nam ſimile legimus de Cerere Ægyptia & Pallade Attica. Tertullianus lib. 2. adverſus Nationes: *Quod ſi de hoc differentia intercedit, quanto diſtinguitur à crucis ſtipite Pallas Attica, & Ceres Pharia, quæ ſine forma, rudi palo, & ſolo ſtaticulo ligni informis repræſentatur.* Addit Servius, alios dicere Venerem cultam in modum Umbilici, cujus rei cauſas hic excutere nolo, præcipue cum in his & ſimilibus nihil certi poſſit definiri: addam ſimile quid in Ce-

rere, ea enim ὄμπνια dicta, quia ὄμπνη ſignificat victum, unde & ὀμφαλός deducitur à Grammaticis, ratione nota & vulgari: Scholiaſtes Nicandri ad Ἀλεξιφ. Ὀμφαλὸς γὰρ ἀπὸ τοῦ ὄμπνης εἴρηται, ὅ ἐστι τροφὴ, ἀφ' οὗ καὶ ἡ Δημήτηρ Ὀμπνία: Heſychius ὄμπνην exponit τροφὴν καὶ εὐδαιμονίαν: Nam & Cererem terram eſſe voluerunt, & dictam à gerendis fructibus Cererem tanquam Gererem, caſuque prima littera itidem immutata, ut à Græcis, nam ab illis quoque δήμητερ quaſi γήμητερ nominata eſt, ut ait Cicero 2. de Natur. Deor. Hinc & eam eandem rationem cum terra obtinere volunt ſapientes, quippe quæ ſit largitrix & auctor vitæ victuſque; Artem. lib. 1. Onecr. cap. XLIV. ἔτι καὶ τὴν Δήμητρα τῇ γῇ τὸν αὐτὸν ἔχειν λόγον φασὶν οἱ σοφοί. ζήδωρος γὰρ ἡ γῆ, καὶ φερέσβιος καλεῖται καὶ βιόδωρος. Alii tamen hoc cognomen petunt à loco quodam Cretæ qui ὄμφαλος dicebatur; Scholiaſtes idem; ἄλλοι δὲ ἡ Κρητική: ὄμφαλος γὰρ τόπος ἐν Κρήτῃ, ὡς καὶ Καλλίμαχος, πέσε δαίμων ἀπομφάλιος; ὅθεν ἐκεῖνον, ὀμφάλιον μετέπειτα πέδον ſed locus peſſime diſtinctus & corruptus reſtituendus ex Callimachi hymno in Jovem,

> Εὖτε Θενὰς ἀπέλειπεν, ἐπὶ Κνωσοῖο φέρουσα
> Ζεῦ πάτερ, ἡ νύμφη σε (Θεναὶ δ' ἔσαν ἐγγύθι Κνωσοῦ) (ἐκεῖνο
> Τουτάκι τοι πέσε δαῖμον ἀπ' ὀμφαλός. ἔνθεν
> Ὀμφάλιον μετέπειτα πέδον καλέουσι Κύδωνες.

Ait

Ait umbilicum decidiſſe, & inde Cydones (populus Cretæ) locum vocaſſe ὀμφάλιον πέδον: eo ab loco nonnulli Venerem ὀμπνίαν dictam volunt; fides ſit penes antiquitatem. Quis enim certi quid definire poſſit? analogia ſtat pro iis qui nomen illud ab ὄμπνη deducunt, quippe unde ſecundum regulas artis deducatur, cum ab ὀμφάλιον non poſſit venire ὀμπνία, niſi evertamus certiſſimas Grammaticæ regulas. Meminit & hujus loci Stephanus: Ὀμφάλιον τόπος Κρήτης πλησίον Θεννῶν καὶ Κνωσοῦ: ubi ſubintellige πέδον, nam ut ex Scholiaſte patet locus dictus ὄμφαλος, cujus τοπικὸν eſt ὀμφάλιον. Meminit etiam Cereris ὀμπνίας Suidas, ſed corruptus, ὄμπνιος. ἡ δημήτηρ. αἰτία ἐστὶ τοῦ ἀναπνεῖν: legendum omnino, ὀμπνία ut in ſequentibus recte: Ὄμπνιος λειμὼν, ὁ σῖτος ἢ οἱ δημητριακοὶ καρποὶ, ἐπεὶ ὀμπνία ἡ δημήτηρ λέγεται. Inde ait eam ita dictam, atque in prioribus verbis videtur deducere ἀπὸ τοῦ ἀναπνεῖν *a reſpirando*, ſcilicet quia illa vitæ cauſa eſt, nam per ἀναπνεῖν Græci nihil aliud quam vitam intelligunt. Torquet ſe in hac Etymologia Portus: Alma, inquit, Ceres q. d. ἀνάπνιος, unde per ſyncopen, ἄπνιος, & mutato α in ο ὄμπνιος: nulla cauſa huc decurrendi, hiſque utendi mutationibus, deſcendit enim ab ὄμπνη, nec aliunde.

Vers. 714. *Et liberat Æneas & Cereris templum*, ſenſus videtur poſtulare: *Nec deliberat Æneas ſed Cereris*: duplicem deinde cauſam affert

cur

cur non deliberaverit, quo ſe cum ſuis conferret Æneas: quia hoſtes putabant viris ad id aditum non dari, quo proinde venturi neutiquam erant ad ſpoliandos Trojanos; & quia ipſe ſciebat templum illud jam ab hoſtibus eſſe profanatum, quare tuto eo confugiebat, ubi Deæ iram nullam metuebat. Ea ſcilicet fuit ſuperſtitio, ut templa, fana, & ſacra haberent, ad quæ viris non dabatur aditus: tale fuit hoc Cereris templum, quæ eadem religio circa Medeam, idque ea de cauſa quia Jaſon ducta Creontis Regis Thebanorum filia, illi nuntium remiſerat: Macrobius lib. I. Saturn. cap. XII. *Quidam Medeam putant, quod in æde ejus omne genus herbarum ſit, ex quibus antiſtites dant plerumque medicinas, & quod templum ejus virum introire non liceat, propter injuriam, quam ab ingrato viro Iaſone perpeſſa eſt*: Et ſimile obſervat de Templo Veſtæ Lipſius cap. 3. de Veſta: illud ſcilicet intraſſe quidem viros, ſed ibi non pernoctaſſe nec adiiſſe penetralia; & nota ſunt Sacra Bonæ Deæ, de quibus fertur illud Tibulli,

Sacra Bonæ maribus non adeunda Deæ.

Sed ne ſolæ mulieres hac re gloriari poſſent, & maribus ſua templa, à quibus ſtolata cohors arcebatur: eo modo honoratur apud Clazomenios Hermotimus, quia uxoris culpa corpus ejus, quod veluti mortuum jacebat, anima interim peregre futura prædicente, fuerit crematum: Apollonius Dyſc. cap. III. Hiſtor. Comm.

Τὸν μὲν οὖν Ἑρμότιμον Κλαζομένιοι τιμῶσι μέχρι τοῦ νῦν, καὶ ἱερὸν αὐτοῦ καθίδρυται, εἰς ὃ γυνὴ οὐκ εἰσέρχεται διὰ τὴν προειρημένην αἰτίαν. Quod idem jus ſacra Herculis habuerunt: Macrobius; *Unde & mulieres in Italia ſacro Herculis non licet intereſſe, quia Herculi (cum boves Geryonis per Italiæ agros duceret) ſitienti reſpondit mulier, aquam ſe non poſſe præſtare, quod fœminarum Deæ celebraretur dies, nec ex eo apparatu viris guſtare fas eſſet: propter quod Hercules facturus ſacrum, deteſtatus eſt præſentiam fœminarum, & Potitio ac Pinario Sacrorum cuſtodibus juſſit, ne mulierem intereſſe permitterent:* Quod poſtea mutavit Appius Claudius: Auctor Originis Gentis Romanæ; *Verum poſtea Appius Claudius accepta pecunia Potitios illexit, ut adminiſtrationem ſacrorum Herculis ſervos publicos edocerent, nec non etiam mulieres admitterent.* Idque ex parte etiam obtinuit in loco illo ubi natus fertur Jupiter, quem in Arcadia collocat Callimachus; *ex parte*, dixi quia mulier quidem locum illum frequentare poterat, ſed tamen nulla mulier quæ foret gravida: Callim. hymno in Jovem v. XII.

—— —— ἔνθεν ὁ χῶρος
Ἱερός, οὐδέ τι μιν κεχρημένον Εἰλειθυίης,
Ἑρπετὸν, οὐδὲ γυνὴ ἐπιμίσγεται.

Ad quæ verba Scholiaſtes poteſt videri.

CAP. V.

Vulcanalia in quem Diem incidant, à Lipſio diſceſſum: Ercolæ, Plotoni, Robeo, *Rubenii error & Iſidori Pallii geſtandi properantibus ſervis mos.*

VUlcanalia in IX. Kal. Sept. incidiſſe ait Lipſius ad 4. An. Taciti Nota 96. Sed ego cum veteri lapide ſentio, qui illa in X Kalend. Sept. rejicit. Apud Gruter. pag. LXI. ET. UT. PRÆTOR. CUI. HÆC. REGIO. SORTI. OBVENERIT. LITATURUM. SE. SCIAT. ALIUSVE. QUIS. MAGISTRATUS. VOLCANALIBUS. X. K. SEPT. OMNIBUS. ANNIS. VITULO. ROBEO. ET. VERRE. Ubi *Robeo* eſt *Rubeo* quomodo *Ercole* pro *ercule* apud Serv. ad lib. 2. Æneid. ℣. 643. Et PLOTONI, pro PLUTONI, in Veteri lapide ABITE. HINC. PESSIMI. FURES. VOS. QUOD. VOLTIS. VOSTRIS. CUM. OCULIS. EMISSITIIS. ABITE. HINC. VESTRO. CUM. MERCURIO. PETASATO. CADUCEATOQUE. MAXIMUS. MAXIMI. DONUM. PLOTONI. HOC. SACRUM. FECIT. Idque etiam aperte docet Vetus Kalendarium, quod hoc feſtum in hunc diem rejicit. C. X. VOLCAN. NP. VOLCANO. IN. CIRCO. FLAMINIO.

ducat: lege, *ædes, aras*. Ad lib. III. v. LXXIII. *Sane ſacrum dicitur quod rite ſacratur Deo, ut ædes, ara, ſimulacra, dona.*

V. CCCLXIV. *Gradatim aſcendit, vias, domos, templa, videtur enim & de Diis facere invidiam, qui templa ſua violari cadaveribus paſſi ſunt.* Ut ſenſum habeas, vel eſt delenda particula *de*, vel potius ſcribendum *& id Diis.* & *id* reſpicit ad *templa*, quo maxime invidiam Diis faciebat, qui nec loca ſacra, nec ſuas ipſius ſedes defendiſſent ab injuriis & vi hoſtium. *Invidiam Diis facere* dicimur, quando primo narrando feliciſſimum ſtatum, deinde graviſſimas calamitates ſubjungimus, quas nullo noſtro merito patimur, nec meruimus, unde ſine dubio qui illas audiunt, ſiniſteriores de Diis opiniones capiunt, eoſque invidia proſequuntur, quippe qui talia accidiſſe paſſi ſint: idque artificium hic non neglexit Poëta, nam cum dicit,

Urbs antiqua ruit, multos dominata per annos,

felicitatem Trojæ reſpicit, cum vero adjicit;

Plurima perque vias ſternuntur inertia paſſim
Corpora, perque domos, & relligioſa Deorum
Limina ———

Diis facit invidiam, quam Servius eo præcipue reſtringit, quia templa cadaveribus fœdari ſinebant: geminus locus apud Ovid. lib. VII. Metam. v. DCIII. deſcribentem peſtem, quæ regnante Æaco orta eſt,

Ante ſacros vidi projecta cadavera poſtes:

Ante

Ante ipſas, quo mors foret invidioſior, aras.

Id eſt, quo majorem Diis concitarent invidiam, cum illi morerentur qui etiam ad aras pacem Deorum expoſcebant votis & precibus, contaminarenturque illa loca, à quibus omne cadaver arcebatur. Quintil. decl. VIII. *Filios ſaltem committe matri, de fortuna quæratur, Diis faciat invidiam*, quod futurum erat, ſi illa ſuam in Deos commemoraret pietatem, & recenſendo infortunia, quibus conflictabatur, & eleganter Statius lib. III. Sylvarum Carm. V. ait ſe à morbo & morte liberatum eſſe quia Dii *invidiam* uxoris verebantur.

Scilicet exhauſti Lacheſis mihi tempora fati
Te tantum miſerata dedit, ſuperique potentes
Invidiam timuere tuam ——

Quam etiam Diis facere dicebantur ſi ob cariſſimorum funera ſe affligerent, lacerarent genas, omnique ſe fœdarent lugentium habitu, Lucanus lib. 2. v. XXXVI.

Nec cunctæ ſummi templo jacuere Tonantis
Diviſere deos: & nullis defuit aris
Invidiam factura parens ——

Nam ante dixerat

—— —— *cultus matrona priores*
Depoſuit: mœſtaque tenent delubra catervæ.
Hæ lacrymis ſparſere Deos, hæ pectora duro
Afflixère ſolo: laceraſque in limine ſacra
Attonitæ fudere comas ——

Præterea pectus tundendo, credebant ſe Diis

 face-

facere invidiam: *Plangere invidiam* dicunt, Statius lib. 9. Theb. v. DCCXXII. loquitur Diana, cum mors inſtaret Parthenopei, filii Atalantæ, quo mortuo Atalanta ventura foret ad ipſius aras plangendo, lamentando, miſerando ſortem ſuam, invidiam Deæ factura:

Et nunc illa meas ingentem plangit ad aras
Invidiam, ſurdaſque fores & limina laſſat.

In his autem & ſimilibus loquendi formulis *invidia*, nihil eſt aliud, quam *invidioſa oratio*, ſeu *invidioſa facta*, quibus aliis *invidiam* parabamus. Phœdrus, *magnaque invidia criminatur filium*, id eſt, oratione invidioſa. Quint. Decl. XIII. *Quis hoc ulla ſatis perſequi poſſet invidia?*

Vers. 485. *Tumultus dictus quaſi timor multus. Tumultus* quamvis proprie bellum citerioris Galliæ notet, pro omni tamen gravi bello ponitur. Corn. Nep. Milt. cap. 4. *Hoc tumultu Athenienſes tam propinquo.* Bellum Darii intelligit. Cicer. lib. v. ad Attic. 21. *Quo autem die Caſſii literæ victrices in Senatu recitatæ ſunt*, id eſt, *Nonis Octobribus*, *eodem meæ tumultum nuntiantes.* Nam ante dixerat: *Hodie vero hiemant in Cyrrheſtica, maximumque bellum impendet.* Sed corruptus Servius hac in notione. legendum enim: *quaſi tumor multus. Tumiere negotia* Ciceroni dicuntur cum maxime agitantur. lib. 14. ad Attic. Epiſt. 4. *Tument negotia.* ep. ſeq. *tumorem rerum* dixit, quibus nihil aliud

quam tumultus ſignificatur. Nam & *tumor* pro tumultu ponitur à Quintiliano decl. 13. *Etiamſi diverſis regibus* (loquitur de apibus) *coorta ſeditio ad bellum inflammavit iras, exiguo pulvere, vel unius pœna ducis reſedit omnis tumor.* Præterea *tumidam vitam* dixerunt quæ variis caſibus, & quaſi tumultibus obnoxia eſt. Inſcript. apud Gruter. pag. 950.

EFFVGI. TVMIDAM. VITAM. SPES. FORMA. VALETE.
NIL. MIHI. VOBISCVM. EST. —

Vers. 490. *Patrio ... Ætæ relinquens domum,* Locus Apollonii eſt lib. 4. Arg. ỷ. 26. lege autem: *Patriam & Ætæ relinquens.*

Vers. 683. *Tutulum pileum lanatum metæ figuræ.* Legendum omnino *figura*; Feſtus dicit *forma metali figuratam.* Per *metam* autem intellige columnam, qualis in circo ponitur, circa quam agitatores quadrigas flectere debebant. Lib. 1. *Apud Cyprios Venus in modum umbilici, vel, ut quidam volunt, metæ colitur:* qui locus dignus eſt, cui paululum immoremur. Nam Deos Deaſve metæ figura cultos fuiſſe videtur inde fluxiſſe, quia olim *Haſtæ* pro Diis colebantur. Juſtin. lib. 43. cap. 3. *Per ea adhuc tempora Reges haſtas pro diademate habebant, quas Græci ſceptra dixerunt; nam & ab origine rerum pro Diis immortalibus veteres haſtas coluere.* Sed ut hoc dubium, ita certum Venerem forma metali apud Cyprios adoratam, & quidem in

 urbe

urbe Papho, unde & *Venus Paphia*, cujus de ſimulacro Tacitus 2. H. cap. 3. *Simulacrum*, inquit, *Deæ non effigie humana, continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metæ modo exſurgens & ratio in obſcuro.* Qui Circi metas in nummis viderit, de Veneris figura certus erit, quæ etiam quoad omnia repræſentatur apud Gutherium lib. 3. cap. v. de veteri jure Pontificio: Sed notent juniores viri clariſſimi lapſum, dum *Dianam Paphiam* appellat, quæ *Venus* eſt: nullum dubium quin fidem memoriæ advocare oblitus fuerit, tam turpem enim errorem à viro ſummo longe amotum volo, & facile evincent incuria eum erraſſe Auctoritates, quibus ſententiam ſuam firmat: Tacitus eſt & nummi; & illum de Venere Paphia loqui monſtravimus, in his vero legitur Κοῖνον Κύπρειον, additis duabus columbis, quæ in tutela Deæ iſtius, cujus rei cauſa poteſt videri apud Lutatium ad lib. I v. Thebaidos. Idemque obtinuit in aliis Deabus. Nam ſimile legimus de Cerere Ægyptia & Pallade Attica. Tertullianus lib. 2. adverſus Nationes: *Quod ſi de hoc differentia intercedit, quanto diſtinguitur à crucis ſtipite Pallas Attica, & Ceres Pharia, quæ ſine forma, rudi palo, & ſolo ſtaticulo ligni informis repræſentatur.* Addit Servius, alios dicere Venerem cultam in modum Umbilici, cujus rei cauſas hic excutere nolo, præcipue cum in his & ſimilibus nihil certi poſſit definiri: addam ſimile quid in Cerere,

rere, ea enim ὄμπνια dicta, quia ὄμπνη ſignificat victum, unde & ὀμφαλός deducitur à Grammaticis, ratione nota & vulgari: Scholiaſtes Nicandri ad Ἀλεξιφ. Ὀμφαλὸς γὰρ ἀπὸ τῆς ὄμπνης εἴρηται, ὅ ἐστι τροφὴ, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡ Δημήτηρ Ὀμπνία: Heſychius ὄμπνην exponit τροφὴν καὶ εὐδαιμονίαν: Nam & Cererem terram eſſe voluerunt, & dictam à gerendis fructibus Cererem tanquam Gererem, caſuque prima littera itidem immutata, ut à Græcis, nam ab illis quoque δήμητερ quaſi γήμητερ nominata eſt, ut ait Cicero 2. de Natur. Deor. Hinc & eam eandem rationem cum terra obtinere volunt ſapientes, quippe quæ ſit largitrix & auctor vitæ victuſque; Artem. lib. I. Onecr. cap. XLIV. ἔτι καὶ τὴν Δήμητρα τῇ γῇ τὸν αὐτὸν ἔχειν λόγον φασὶν οἱ σοφοί. ζήδωρος γὰρ ἡ γῆ, καὶ φερέσβιος καλεῖται καὶ βιόδωρος. Alii tamen hoc cognomen petunt à loco quodam Cretæ qui ὄμφαλος dicebatur; Scholiaſtes idem; ἄλλοι δὲ ἡ Κρητική: ὄμφαλος γὰρ τόπος ἐν Κρήτῃ, ὡς καὶ Καλλίμαχος, πέσε δαίμων ἀπομφάλιος; ὅθεν ἐκεῖνον, ὀμφάλιον μετέπειτα πέδον ſed locus peſſime diſtinctus & corruptus reſtituendus ex Callimachi hymno in Jovem,

> Εὖτε Θενὰς ἀπέλειπεν, ἐπὶ Κνωσοῖο φέρουσα
> Ζεῦ πάτερ, ἡ νύμφη σε (Θεναὶ δ᾽ ἔσαν ἐγγύθι Κνωσοῦ) (ἐκεῖνο
> Τουτάκι τοι πέσε δαῖμον ἀπ᾽ ὀμφαλός. ἔνθεν
> Ὀμφάλιον μετέπειτα πέδον καλέουσι Κύδωνες.

Ait

Ait umbilicum decidiſſe, & inde Cydones (populus Cretæ) locum vocaſſe ὀμφάλιον πέδον: eo ab loco nonnulli Venerem ὀμπνίαν dictam volunt; fides ſit penes antiquitatem. Quis enim certi quid definire poſſit? analogia ſtat pro iis qui nomen illud ab ὄμπνη deducunt, quippe unde ſecundum regulas artis deducatur, cum ab ὀμφάλιον non poſſit venire ὀμπνία, niſi evertamus certiſſimas Grammaticæ regulas. Meminit & hujus loci Stephanus: Ὀμφάλιον τόπος Κρήτης πλησίον Θεννῶν καὶ Κνωσοῦ: ubi ſubintellige πέδον, nam ut ex Scholiaſte patet locus dictus ὄμφαλος, cujus τοπικὸν eſt ὀμφάλιον. Meminit etiam Cereris ὀμπνίας Suidas, ſed corruptus, ὄμπνιος. ἡ δημήτηρ. αἰτία οὖσα τοῦ ἀναπνεῖν: legendum omnino, ὀμπνία ut in ſequentibus recte: Ὄμπνιος λειμὼν, ὁ σῖτος καὶ οἱ δημητριακοὶ καρποὶ, ἐπεὶ ὀμπνία ἡ δημήτηρ λέγεται. Inde ait eam ita dictam, atque in prioribus verbis videtur deducere ἀπὸ τοῦ ἀναπνεῖν *à reſpirando*, ſcilicet quia illa vitæ cauſa eſt, nam per ἀναπνεῖν Græci nihil aliud quam vitam intelligunt. Torquet ſe in hac Etymologia Portus: Alma, inquit, Ceres q. d. ἀνάπνιος, unde per ſyncopen, ἄπνιος, & mutato α in ο ὄμπνιος: nulla cauſa huc decurrendi, hiſque utendi mutationibus, deſcendit enim ab ὄμπνη, nec aliunde.

Vers. 714. *Et liberat Æneas & Cereris templum*, ſenſus videtur poſtulare: *Nec deliberat Æneas ſed Cereris*: duplicem deinde cauſam affert

cur

cur non deliberaverit, quo ſe cum ſuis conferret Æneas: quia hoſtes putabant viris ad id aditum non dari, quo proinde venturi neutiquam erant ad ſpoliandos Trojanos, & quia ipſe ſciebat templum illud jam ab hoſtibus eſſe profanatum, quare tuto eo confugiebat, ubi Deæ iram nullam metuebat. Ea ſcilicet fuit ſuperſtitio, ut templa, fana, & ſacra haberent, ad quæ viris non dabatur aditus: tale fuit hoc Cereris templum, quæ eadem religio circa Medeam, idque ea de cauſa quia Jaſon ducta Creontis Regis Thebanorum filia, illi nuntium remiſerat: Macrobius lib. I. Saturn. cap. XII. *Quidam Medeam putant, quod in æde ejus omne genus herbarum ſit, ex quibus antiſtites dant plerumque medicinas, & quod templum ejus virum introire non liceat, propter injuriam, quam ab ingrato viro Iaſone perpeſſa eſt:* Et ſimile obſervat de Templo Veſtæ Lipſius cap. 3. de Veſta: illud ſcilicet intraſſe quidem viros, ſed ibi non pernoctaſſe nec adiiſſe penetralia; & nota ſunt Sacra Bonæ Deæ, de quibus fertur illud Tibulli,

Sacra Bonæ maribus non adeunda Deæ.

Sed ne ſolæ mulieres hac re gloriari poſſent, & maribus ſua templa, à quibus ſtolata cohors arcebatur: eo modo honoratur apud Clazomenios Hermotimus, quia uxoris culpa corpus ejus, quod veluti mortuum jacebat, anima interim peregre futura prædicente, fuerit crematum: Apollonius Dyſc. cap. III. Hiſtor. Comm.

Τὸν

Τὸν μὲν ἐν Ἑρμόπιμον Κλαζομένιοι ἠμῶσι μέχρι τοῦ νῦν, καὶ ἱερὸν αὐτοῦ καθίδρυται, εἰς ὃ γυνὴ οὐκ εἰσέρχεται διὰ τὴν προειρημένην αἰτίαν. Quod idem jus ſacra Herculis habuerunt: Macrobius; *Unde & mulieres in Italia ſacro Herculis non licet intereſſe, quia Herculi (cum boves Geryonis per Italiæ agros duceret) ſitienti reſpondit mulier, aquam ſe non poſſe præſtare, quod fœminarum Deæ celebraretur dies, nec ex eo apparatu viris guſtare fas eſſet: propter quod Hercules facturus ſacrum, deteſtatus eſt præſentiam fœminarum, & Potitio ac Pinario Sacrorum cuſtodibus juſſit, ne mulierem intereſſe permitterent:* Quod poſtea mutavit Appius Claudius: Auctor Originis Gentis Romanæ; *Verum poſtea Appius Claudius accepta pecunia Potitios illexit, ut adminiſtrationem ſacrorum Herculis ſervos publicos edocerent, nec non etiam mulieres admitterent.* Idque ex parte etiam obtinuit in loco illo ubi natus fertur Jupiter, quem in Arcadia collocat Callimachus; *ex parte*, dixi quia mulier quidem locum illum frequentare poterat, ſed tamen nulla mulier quæ foret gravida: Callim. hymno in Jovem v. XII.

——— ——— ἔνθεν ὁ χῶρος
Ἱερός, οὐδέ τί μιν κεχρημένον Εἰλειθυίης,
Ἑρπετόν, οὐδὲ γυνὴ ἐπιμίσγεται.

Ad quæ verba Scholiaſtes poteſt videri.

CAP. V.

Vulcanalia in quem Diem incidant, à Lipſio diſceſſum: Ercolæ, Plotoni, Robeo, *Rubenii error & Iſidori Pallii geſtandi properantibus ſervis mos.*

VUlcanalia in IX. Kal. Sept. incidiſſe ait Lipſius ad 4. An. Taciti Nota 96. Sed ego cum veteri lapide ſentio, qui illa in X Kalend. Sept. rejicit. Apud Gruter. pag. LXI. ET. UT. PRÆTOR. CUI. HÆC. REGIO. SORTI. OBVENERIT. LITATURUM. SE. SCIAT. ALIUSVE. QUIS. MAGISTRATUS. VOLCANALIBUS. X. K. SEPT. OMNIBUS. ANNIS. VITULO. ROBEO. ET. VERRE. Ubi *Robeo* eſt *Rubeo* quomodo *Ercole* pro *ercule* apud Serv. ad lib. 2. Æneid. ℣. 643. Et PLOTONI, pro PLUTONI, in Veteri lapide ABITE. HINC. PESSIMI. FURES. VOS. QUOD. VOLTIS. VOSTRIS. CUM. OCULIS. EMISSITIIS. ABITE. HINC. VESTRO. CUM. MERCURIO. PETASATO. CADUCEATOQUE. MAXIMUS. MAXIMI. DONUM. PLOTONI. HOC. SACRUM. FECIT. Idque etiam aperte docet Vetus Kalendarium, quod hoc feſtum in hunc diem rejicit. C. X. VOLCAN. NP. VOLCANO. IN. CIRCO. FLAMINIO.

NIO. Lipſio conjungere Albertum Rubenium viſum eſt, quippe duos rei antiquariæ peritiſſimos, quorum alter militiæ, alter Togæ res ornavit. Ait is in libro de Lato clavo, imperio Conſtantinopolitano officiales faſcias humerales geſtaſſe, humeros & pectus tantum tegentes, quos & *pallia* vocabant. Ut in lib. 1. Cod. Theod. de habitu, quo uti oportet intra urbem: Subjicit & de ſimili fere genere pallii intelligi debet Iſidorus: *Pallium eſt quo adminiſtrantium ſcapulæ conteguntur, ut dum miniſtrant, expeditius currant.* Illud Plauti auctoritate firmat: *Si quid facturus es, appende in humeris pallium: & pergat quantum valet tuorum pedum velocitas.* Sed errat Iſidorus, & cum eo Rubenius, quanquam hic recte verba Iſidori de illo habitu interpretatus ſit, verum nunquam mihi perſuaderi poterit Plauti ætate id genus pallii in uſu fuiſſe; quare nullus dubito; quin reſpexerit ad eum ſervorum morem, quo aliquid acturi Pallium in humeros conjiciebant; exſtant hujus rei teſtimonia apud Plautum ipſum: in Cap. 4, 1, 2, ait.

Nunc certa res eſt: eodem pacto ut comici ſervi ſolent

Conjiciam in collum pallium, primo ex me hanc rem ut audiat.

Epidico 2, 2, 16.

Age nunc jam, orna te, Epidice, & palliolum in collum conjice,

Itaque

Itaque aſſimulato, quaſi per urbem totam hominem quaſiveris.

Idque vocabant *collecto eſſe pallio* Capt. 4, 2, 9.

Sed Ergaſilus eſtne hic, procul quem video?
Collecto quidem eſt pallio quidnam acturu'ſt?

CAPUT VI.

Correctiones aliquot Variorum Auctorum, Aſconii, Apuleji, Dictys Cretenſis. Rutilii Numatiani. Offundere memoriam, pavorem, terrorem: proturbare, *Varro explicatus.*

PHrygiones hoc capite imitabimur, & ut illi ex variis filis unam telam contexunt; ſic nos ex variis Auctorum locis, velut in Satyra lance exhibitis, unum caput faciemus. Aſconius Pedianus in Arg. Orat. pro M. Scauro: *Ipſe quoque Scaurus dixit pro ſe, ac magnopore judices movit, & ſqualore & lacrymis, & Ædilitatis effuſa memoria.* l. *offuſa*. Id eſt, injecta memoria ædilitatis, quam in patrocinium ſuæ cauſæ adducebat, quia eam magnifice geſſerat: Supra: *Ædilitatem ſumma magnificentia geſſit, adeo ut in ejus impenſus, opes ſuas abſumpſerit, magnumque as alienum contraxerit.* Nam elegantiſſimum hoc eſt *effundere memoriam*, quomodo *offundere terrorem* dixit Phœdrus, & *pavorem offundere* Livius, obſervante Gronovio lib. 4. Obſervat. cap. 21. Apul. init. Florid. *Profecto veriſſime Poëta egregius dixit, velut nebulam*

bulam nobis ob oculos offuſam. Ubi nonnullæ editiones *effuſam* præferunt; male; cujus nunc alium locum ſanabimus lib. 2. Florid. *Cæterum multum abeſt Pythagoræ Philoſophi ſtatuam eſſe.* lege. *Cæterum non multum abeſt.* Dixerat ſupra: *quidam Pythagoræ ſtatuam falſo exiſtimant*, nunc, poſtquam voluit eſſe cujuſdam puberum, quem Polycrati tyranno dilectus Anacreon Tejus amicitiæ gratia cantillat (*Smerdiam* eum vocat Ælianus lib. 9. ποικ. cap. 4.) ſubjicit; *Cæterum non multum*, inclinant eo ſequentia, cum ait, & natu Samium, & pulchritudine inſignem fuiſſe. Mox tamen hanc ſententiam refellens ſe reprimit, & argumenta affert opinionem ſuam evertentia: *Sed haudquaquam Philoſophus tyranno dilectus eſt.* Ita ut, quoad pulchritudinem, artemque pſallendi poſſit Pythagoræ ſtatua videri: ſed cum nec amatus regi, & profugus ex inſula fuerit, cum primum regni auſpicia iniret Polycrates, veris argumentis inductus credit Pythagoræ ſtatuam non eſſe. Locus intricatior tot verbis opus habuit: nunc ad Dictyn, cujus hæc ſunt ex lib. 4. *Denique philocteta eos qui in muris locati erant, eminus ſagittis perturbat, multoſque interficit* lego, *proturbat*, Id eſt, de muris dejicit. Tacitus 2. An. 11. *Collectoſque in orbem, pars congreſſi, quidam eminus proturbant.* 15. An. 9. *Catapultiſque ac baliſtis proturbat barbaros.* 1. Hiſtor. 31. *Illyrici exercitus electi Celſum infeſtis pilis*

pilis proturbant. Et ſæpius alibi. Rutilius Numantinus lib. 1.

Te canimus, ſemperque ſinent dum fata, canemus;
Soſpes nemo poteſt immemor eſſe tui.

Romam Poëta alloquitur, quam ſe ſemper carmine frequentaturum ait, & addit, nullum ſoſpitem poſſe eſſe immemorem: at qui naſum habet, videbit continuo τὸ *Soſpes* à mala manu eſſe. lego,

Hoſpes nemo poteſt ——

Hoſpes ſcilicet qui Romæ habitaverit, ut ipſe, Gallia enim oriundus Romæ, urbis præfecturam adminiſtravit, & ibi deſedit. Varro in fabula, quæ Ἀνθρωπεργία inſcribitur. *Vulgoque avarus fœnerator, ſpe lucri rem ſcriptione duplicarat*. Obſcurior hic locus paululum, & ab interpretibus omittitur. Loquitur Varro in ea fabula de iis qui in contrahendis matrimoniis nihil magnopere quærunt præter dotes fortunæ, & arctiſſimum ſocietatis vinculum, quod mutua benevolentia & charitate debet conſtringi, dotalibus pactionibus, ſtipulationibuſque deviciunt: fenerator hic & homo plane ſordidus & avarus, quo meliorem filiis vel filiabus quæreret conditionem, multo plura ſe habere in bonis apud cenſores profeſſus eſt, imo fortunas ſuas duplo majores in tabulas cenſuales juſſit referri. *Res* enim optimis quibuſque ſunt divitiæ,

facultates, bona, fortunæ. Propert. lib. IV. Eleg. I.

Magnaque pars Tatio rerum erat inter oves.

Id eſt, plurima pars divitiarum vel opum Tatii ovibus cenſebatur. Cicer. lib. VI. ad Attic. Epiſt. I. extrema: *Moritur interim Vindullus, quæ res ad Magnum Pompejum pertinere putabatur.* Is Vindullus erat Pompeji libertus, ejus hæreditas & bona lege redibant ad Pompejum: nam ſi libertus mortuus eſſet inteſtatus, nullumque ſuum hæredem reliquiſſet, patronus hæreditatem cernebat, ut patet ex Titulo inſtitutionum de Succeſſ. Libertorum. Terent. Phorm. 2, 3.

——— PH. *Itane? non te horum pudet?*
At ſi talentum rem reliquiſſes decem.
DE. *Di tibi malefaciant.* PH. *Primus eſſes memoriter*
Progeniem veſtram uſque ab avo atque atavo proferens.

Quo ſenſu χρήματα apud Græcos, Heſiodus:

Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.

Rurſus v. DCIII.

Μή ποτέ σ' ἡμερόκοιτος ἀνὴρ ἀπὸ χρήμαθ' ἕληται.

Idque fere perpetuum eſt in Heſiodi & Homeri carminibus. nam interdum non ita generaliter uſurpari probat in Lectionibus Heſiodeis Grævius noſter. *Scriptio* autem vocatur cenſus, æſtimatis & deſcriptis in tabulis cenſualibus bonis, ſecundum opes in publicum conferebant: factum-

factumque imitatione Græcorum qui cenſum vocant Ἀπογραφὴν οὐσίας καὶ ἀποτίμησιν, *deſcriptionem ſubſtantiæ*, ut explicant Gloſſæ,

CAP. VII.

Arrianus emendatus. Λινόσημος: *Anacharſidis epiſtolæ correctæ. Nonnulla de re veſtiaria.*

MOribus Romanorum nondum luxu corruptis, unica tunica, & toga veſtiebantur: ſed, ut luxuria ingenioſa eſt, poſtea inventa altera, & homo Romanus induebat tunicam, interiorem, exteriorem, & togam: in exteriore erant inſignia dignitatis. Nam Senatores quidem habebant Laticlaviam, Equites vero Anguſticlaviam, & nunquam factum eſt, ut quis his duabus tunicis ſimul amiciretur: Unicus eſt Arrianus tamen, qui plane contrarium nos docet, & in uno homine agnoſcit ἱμάτιον, πλατύσημον, στενόσημον. Loquitur apud eum Epictetus lib. I. cap. XXIV. λέγει σοι, θὲς τὴν πλατύσημον, ἰδοὺ στενόσημος. θὲς καὶ ταύτην. ἰδοὺ ἱμάτιον μόνον. θὲς τὸ ἱμάτιον. ἰδοὺ γυμνός. *Tibi dicit: depone latum clavum, ecce anguſtus: depone & iſtum, ecce toga ſola; depone togam, ecce nudus ſum.* Quid verbis opus eſt? tota reclamat antiquitas, & omnes auctores in alteram partem faciunt diſceſſionem: tantumne igitur erit unius loci pondus, ut diverſiſſimos habitus

unum hominem geſtaſſe credam? non opinor, at quid opinor narro? certa res eſt te vulnus hic latere, quod non ferro nec igne, ſed levi mutatione recidendum eſt, ſi legatur, λινόςημος. Et intellige *interulam* ſeu *tunicam interiorem*, cujus ſcilicet ſtamen ex lino: Nam ut ἀργυροςήμους, πολυςήμους, μανοςήμους, ita etiam λινοςήμους ἐσθῆτας dixerunt, quæ vox tandem Latini juris facta eſt. Synodus Romana II. ſub Sylveſtro Can. VI. *Ut Diaconi non eſſent amplius parochiarum examen niſi duo, & Diaconi cardinales urbis Romæ ſex: ita tamen ut Dalmaticis uterentur, & pallia linoſtima lævam eorum tegerent.* Per ἱμάτιον autem intellige *togam*, per πλατύσημον *tunicam laticlaviam*; per λινόσημον *interulam*. Sed agedum, quia res veſtiaria in manibus eſt, hac opera epiſtolas quæ ſub Anacharſidis nomine circumferuntur, emendabo. Στῆλαι δ', inquit, καὶ κόσμος σώματος μὴ γινέσθωσαν ἐμπόδιον ὀρθῆς κρίσεως, vertit Lubinus: *Habitus vero & ornatus corporis ne æſtimentur recta mentis impedimentum.* Στήλας ſcio eſſe *columnas*, *cippos*, *ſtatuas*; quæ omnia huic loco minime inſerviunt: apud alios id quæras, caſtius Græci loquuntur: nullum igitur dubium quin legi debeat, Στολαὶ δ' καὶ κόσμος. Eſt autem ſtola proprie, ut conſtat, tunica, qua mulieres utebantur, & ſæpe etiam de virorum veſtibus uſurpatur: verum eleganter vox hæc ad alia transfertur, & ad omnes res, quæ aliquem cingunt,

cingunt, ita ut uſum tunicæ præſtent. Ælianus lib. IV. cap. XIII. κιβωτὸν, quem Dionyſius corpori ſuo prætendebat, ne ſagina & turpiſſima craſſities ab ipſum adeuntibus poſſit videri, στολὴν appellat. Πονηρὰν, inquit, ὦ θεοὶ ταύτην ἐκεῖνος τὴν στολὴν ἀμπεχόμενος, καὶ θηρίου φρουρὰν μᾶλλον ἢ ἀνθρώπου ἐσθῆτα. *Peſſimam me hercule ſtolam illam indutus, magiſque belluæ vallum quoddam, quam hominis veſtem.* Et lib. III. Πανοπλίαν Xenophontis στολὴν vocat. Ξενοφῶντι ἐμέλησε τῶν ἄλλων σπουδαίων, καὶ οὖν καὶ ὅπλα καλὰ ἔχειν, νικῶντι γὰρ ἔλεγε τοὺς πολεμίους τὴν καλλίστην στολὴν ἁρμόττειν. Fuit igitur ſtola tunica, & nunquam de exteriori veſte ponitur: docet id tamen Heſychius: Στολὴ, inquit, στάσις, πορεία, κίνησις, ἔνδυμα καὶ περιβόλαιον. Nam ἐνδύματα ſunt tunicæ quæ ad corpus hærent, atque indutu ſuo illud comprehendunt: περιβόλαιον autem περίβλημα, & ἐπίβλημα proprie *pallium* notant, uſurparique poſſunt de omni veſte exteriori, pro quo Athenienſes ἀναβάλλειν & ἀναβόλαιον dicunt, ut lib. III. cap. VIII. probamus. Num igitur erraverit Heſychius? ſine dubio, ſi cum vulgo *ſtolam* vel στολὴν ubique tunicam interpretamur, quod non perpetuum eſſe facile patebit. στολὴ ἀρχικὴ eſt *toga prætexta*, notante Ferrario lib. II. cap. IV. partis I. de Re veſtiar. & quando Dio dicit Julium Cæſarem uſum eſſe στολῇ, ᾗ ποτὲ οἱ βασιλεῖς ἐκέχρηντο, nihil aliud quam *togam purpuream* intelligit,

git, notante Rubenio lib. I. cap. XXI. de Lato Clavo. Atque ita quidem ille locus explicari poteſt, verum alius apud eundem Heſychium, cui non facile remedium invenias: Χιτὼν ἔνδυμα περιβόλαιον. Hoc eſt quod ignoro, nam χιτὼν ſemper tunica eſt, ita dicta quia corpus fere ſtringat παρὰ τὸ ἐγχεῖσθαι τοῖς μέλεσι: nec alio unquam ſenſu à Græcis accipi obſervatum eruditis: viderint alii, monuiſſe ſatis habeo: περιβάλλειν vero vel ἀναβάλλειν de pallio, toga, aliove veſtimento exteriore, quod circumjectu hominem tegit, in uſu eſt: raro enim aliter veteres, niſi quod apud Ælianum lego ἐνδιώασθαι ἱμάτιον, loquendi ratione minime vulgata lib. 7. ποικ. cap. 10. Τῇ Ξανθίππῃ δὲ ὁ Σωκράτης, ἐπεὶ οὐκ ἐβούλετο τὸ ἐκεῖνο ἱμάτιον ἐνδύσασθαι, καὶ οὕτως ἐπὶ τὴν θέαν τῆς πομπῆς βαδίζειν, ἔφη. Quæ vox ceteroquin ſolis veſtibus, quæ induuntur, tribuitur.

CAP. VIII.

Auctor brevium Scholiorum ad Homerum correctus: Πίνειν ἐν κέρασιν: ἐν μικροῖς, *ſcilicet* ποτηρίοις: κέρασιν πίνειν: in auro bibere, in Nilo. *Eum non eſſe Didymum firmis argumentis probatum, ſed diſcipulum quendam.*

LEguntur hodie ad ψ. 189. Iliad. θ. hæc verba: Ἐγκεράσουσι εἰς κέρας: περὶ τοῦ τῶν

δώρε-

διερεθῆναι τὴν τῶν ποτηρίων χρῆσιν, εἰς κέρας ἔπινον. Hæc mihi crucem figunt: nam ἐγκεράσασα non poteſt explicari per τὸ εἰς κέρας, cum verbum deſideretur, & illud εἰς κέρας ἔπινον Græcum non eſt. Totum locum ſic reſtituebam: Ἐγκεράσασα] ἐγχεάσα εἰς κέρας: πρὸ γὰρ τοῦ εὑρεθῆναι τὴν, &c. ἐν κέρασιν ἔπινον. Quæ probatione non egent: Illud vero ἐν κέρασιν ἔπινον floſculus eſt, quomodo etiam loquitur Diogenes Laërtius in vita Anacharſidis: Καὶ θαυμάζειν, φησὶ, πῶς Ἕλληνες ἀρχόμενοι μὲν ἐν μικροῖς πίνεσι, πλησθέντες δὲ ἐν μεγάλοις. Et Lucianus in *De Mercede conductis*: θεραπεύων ἀεὶ, ἐν ἀργύρῳ ἢ χρυσῷ πίνειν, ὡς μὴ ἐλεγχθείης ἀπὸ τοῦ χρώματος, ὅτως ἄτιμος ὢν ξυμπότης. *Semper illud curas, ut in auro vel argento bibas, ne à colore arguaris te adeo contemptum & neglectum convivam eſſe.* Atque ita plane Latini: Seneca Thyeſte ȳ. 453. *in auro bibere*. Florus 3, 4, 2. *in oſſibus capitum*. Phœdrus Fab. 25. *in Nilo*, quod nulla cauſa Ritterſhuſius mutatum ibat in *è Nilo*. Alii vero dicunt ſimpliciter κέρασιν ἔπινον. MS. Etymol. penes Marquardum Gudium quod creditur Photii Patriarchæ: Κεράσας τὸ πάλαι γὰρ κέρασι ἔπινον, ὅθεν καὶ ἡμεῖς τὸ αὐτὸ ποιοῦμεν. Athen. lib. XI. Κέρας τοὺς πρώτους λέγεται τοῖς κέρασι τῶν βοῶν πίνειν, &c. Quæ mihi ſuggeſſit doctiſſimus Spanhemius. Cæterum Didymo hoc opus tribuere eſt nugas agere, cum ſit alterius, &, ut opinor, alicujus ex ejus diſcipulis, qui excerpta

ex magnis illis Commentariis fecit; neque enim ejus poteſt eſſe, in quo ſe ipſum ut teſtem citat: ut, ad Iliad. Δ. ℣. 475. Δίδυμος δὲ πάντα τὰ ὄρη ἴδας λέγει. Adeo ut in eodem, quo Servius, quo Donatus, quo Cornutus, quo Acron & Porphyrio, valetudinario videatur cubaſſe, quorum Auctorum ne centeſimam quidem partem habemus, & omnia tot nugis & futilibus explicationibus referta, ut legentibus aliquando nauſeam creent: Servii nomen legitur ad Ecl. 9. *Et hac Ecloga continuum, ut Servius dicit, non habet carmen.* Quod jam olim M. Antonio Gniphoni accidiſſe narrat Sueton. cap. 7. de Illuſtr. Grammat. *Scripſit multa, quamvis annum ætatis quinquageſimum non exceſſerit: etſi Atejus Philologus duo tantum volumina Latino ſermone reliquiſſe eum tradit. Nam cætera ſcripta diſcipulorum ejus eſſe, non ipſius: in quibus & ſuum alicubi reperiri nomen.* Eodem fato Didymum functum conſtat, nam & Δίδυμος ἡμέτερος vocatur, quomodo diſcipuli magiſtros appellare ſolebant, ad Iliad. Δ. ℣. 379. Ἐπικούρους] βοηθοὺς, συμμάχους: Ἄλλωθι παρέδωκε Δίδυμος ὁ ἡμέτερος συμμάχους εἶναι συστρατιώτας τῶν πολιορκούντων: βοηθοὺς δὲ τοὺς βοηθοῦντας τοῖς πολιορκουμένοις. *Alibi*, inquit, *Didymus noſter* συμμάχους *eſſe auxiliatores obſidentium:* βοηθοὺς *vero obſeſſorum tradit:* ſed videamus: Βοηθὸς commune vocabulum eſt, & tam συμμάχους quam ἐπικούρους complectitur: quare male opponuntur

tur βοηθοὶ & σύμμαχοι: ut dicam quod ſentio, credo ſcribendum ἐπικούρους pro βοηθούς. Compilator hic cum Ἐπικούρους expoſuiſſet per Συμμάχους, reprimit ſeſe, & non ita interpretari debere auctoritate Didymi ſui docet: atque ita diſtinguuntur ad Iliad. B. ἐν Καταλ. ℣. 310. Ἐπίκουροι οἱ τῶν πολεμουμένων βοηθοί: Σύμμαχοι δὲ οἱ τῶν πολεμούντων. Et ad Iliad. Γ. ℣. 188. Ἐπίκουροι δὲ λέγονται οἱ τοῖς πολεμουμένοις βοηθοῦντες. Σύμμαχοι δὲ οἱ τῶν πολεμούντων. Telum autem firmiſſimum ad proturbandum nomen Didymi erit Ammonius, qui multa verba in libello de differentiis vocum de Chlamyde & Chlæna, ex Didymo ad 2. Iliados laudat, quorum ne γρῦ quidem in toto opere.

CAP. IX.

Iſidorus explicatus & correctus : Capulus *quid propriè*, capulus lectus, capulus funis. *Mos involvendi & conſtringendi linteis & faſciis cadavera ex infantium involucris, cadaveribus conditis, & nummis expoſitus : Artemidorus explicatus :* δεσμοὶ ἐντάφιοι : inſtrictus, inſervare, inſeptus, incutere *& alia, contra Salmaſium inſtituta diſputatio : cadavera non ſemper combuſta apud Græcos :* Toga *mortuorum*, φᾶρος : ἐντάφια *apud Ælianum explicata, ejus interpres, ut & Luciani & Heliodori notatus :* περιστέλλειν δέμας : componere : obvolvere : *vulnera mortuorum ligata :* opertæ exequiæ, *multi loci à Kirchmanno & Meurſio ſecus accepti explicati.*

ARiolari interdum licet, & divinatio permiſſa eſt : & ego forte egregius ariolator audiam qui hunc intricatiſſimum Iſidori locum explicare coner. *Kapulum*, verba ejus ſunt, *in quo mortui deferuntur, inveſtitum, detritum ſeu lintea.* Cum conſtet capulum nihil eſſe aliud quam lectum, in quo mortui ferebantur. Feſtus : *Capulum & manubrium gladii vocatur, & id quo mortui efferuntur, utrumque à capiendo dictum.* Iſidorus : *Bacca capulus in quo*

quo mortui deferuntur. Qui idem (ſi hæc ejuſdem ſunt) capulum ait eſſe *inveſtitum, detritum ſeu lintea*, quod ex parte tamen interpretandum eſt. *Capulus* in prima ſignificatione omne id notat, quod rem aliquam intra ſe comprehendit. Nonius: *Capulum dicitur quicquid omnem rem intra ſe capit.* Et hinc *capulus* pro lecto funebri, pro conditorio ſeu ſarcophago, & pro fune, quo ferocia ſeu ἐλεύθερα animalia ligantur, uſurpatur. Iſidor. l. 20. c. 16. *Capulum funus à capiendo, quod eo indomita jumenta comprehendantur*; ſed lege *capulus funis*: unde patet vocem hanc adjectivam eſſe, & ſubſtantivum ſubintelligi: ut *capulum feretrum, capulus lectus.* Per eam autem Iſidori interpretationem lintea & ὀθόνια intelligo, cum & his non ſecus ac lecto corpus contineatur. Veteres enim mortuos faſciis à ſummo ad imum religarunt, & quam arctiſſime iis corpora humanda conſtringere in more poſitum habebant. Sane de Judæis illud teſtatur hiſtoria Lazari apud D. Johannem; nam ait eum religatum fuiſſe manus & pedes inſtitis, faciemque ſudario ligatam: Καὶ ἐξῆλθεν, inquit, ὁ τεθνηκὼς δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις, καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ σουδαρίῳ περιεδέδετο. Quo ex loco decus illud Muſarum Claudius Salmaſius docet Epiſt. 11. de Cruce, in mortuis pollingendis manus demiſſas, & ad latera junctas ſimul cum ipſo corpore, id quod obſervare licet in cadaveribus quæ Lugduni

Batavorum aſſervatur, & depingenda curavit




Solebant enim non ſecus ac infantes linteolis involvi: hinc Artemidorus ait lib. I. cap. XIV. Oneirocr. opifici, ſi ſomniaverit manus corpori eſſe junctas, portendi otium, quia manus infantium erant faſciis involutæ, βρέφη ἐνειλυμένα τὰς χεῖρας dicit Auctor: εἰ μὴ ἀργὸς χειροτέχνης εἴη, τῷ δὲ γὰρ σχολὴν προαγορεύει, ἀργὰ γὰρ τὰ βρέφη, καὶ ἐνειλυμένα τὰς χεῖρας τυγχάνει: Fine vero capitis ait ægrotanti mortem portendi: τῷ δὲ νοσοῦντι θάνατον προαγορεύει τὸ ὄναρ: reddit deinde rationem, ἐπεὶ καὶ οἱ ἀποθνήσκοντες ἐσχισμένοις ἐνελοῦνται ῥάκεσιν ὡς καὶ τὰ βρέφη, καὶ χαμαὶ τίθενται. *Quandoquidem & mortui laceris involvuntur panniculis & linteolis, non ſecus ac infantes, & humi deponuntur.* Quam

rem

rem aperte colligas his ex nummis, quorum alter eſt Antonini Pii, cujus averſa in parte Fauſtinæ partus, ut vult clariſſimus Seguinus videtur ſub ſpecie matris Idææ, cum tympaniſtis,



Satyro & aliis. Secundus eſt Corneliæ Saloninæ Auguſtæ, quam in uxorem duxerat Gallienus Imperator.



Et quoniam Salmaſius digitum intendit, & monuiſ-

monuiſſe ſatis habuit, ego, ſi quid in medium proferre poſſim explicandæ materiæ funebri, videbo, præſertim cum Meurſius & Kirchmannus non paucos Auctorum locos; qui de faſciis agunt, de injectis veſtibus exponant. Faſcias has Georgius Palamus δεσμοὺς ἐνταφίους vocat, elegantiſſime Orat. I. Qua Anima accuſat corpus, quo ſe contineri & ſtringi in ipſo matris utero queritur, nec liberari dum in lucem prodit, ſed oriri hinc ejulatus natalitiis cantibus ex adverſo reſpondentes, & undique devincientes faſcias, & cunabulorum vincula, ſepulchralibus ligamentis cognata. Ἐντεῦθεν, inquit, καὶ κλαυθμυρισμοὶ τῶν γενεθλίων ἀσμάτων ἀντίφθογγοι, καὶ περισφίγγουσαι ταινίαι καὶ κειρίαι σπαργάνων, συγγενεῖς ἐνταφίων δεσμῶν, qui locus clariſſime illis ex nummis explicatur. Quo reſpiciens Piſidas in Mundi Opific. ait σπόρον eſſe ἐνταφέντα τῇ κοιλίᾳ ὡς σῶμα νεκρὸν, quod ſemen ſcilicet folliculo undique claudebatur, non ſecus ac cadaver faſciis.

Τίς τῶν παρ' ἡμῖν τεκνοποιῶν σπερμάτων,
Τὴν σῆψιν ἐς σύμπηξιν ὀςώδη πλέκει
Εἰ μὴ σαπῇ γὰρ καὶ παρ' ἡμῖν ὁ σπόρος,
Ὡς σῶμα νεκρὸν ἐνταφεὶς τῇ κοιλίᾳ.

Et hæc ſunt *feralia amicula* Apuleji lib. x. Metamorph. *Atque ut erat adhuc feralibus amiculis inſtrictus, atque obditus deportatur ad judicium puer:* Quæ quam arctiſſime corpus conſtrinxiſſe ſatis monſtrant voces *inſtrictus* & *obditus:*

ditus: Nam ut nihil dicam de ultima, particula IN in compoſitione fere augere ſolet, & *inſtrictus* nihil eſt aliud quam valde, arcte conſtrictus & colligatus; eodem ſenſu apud Quintil. Decl. v. *Corpus quod gravaretur aſſidentium ſedulas manus, jacet inter vincula, quibus inſtringit recentem adhuc pirata captivum.* Apud Senec. lib. i v. cap. x i x. de Benef. *inſeptus* pro diligenter ſeptus: *Hunc igitur inſeptum ingenti quodam & inexplicabili muro, diviſumque à contactu & conſpectu mortalium.* Apud Statium v i i i. Theb. v. 194. *inſervare* eſt ſumma diligentia cuſtodire:

An tibi felices lucos miſeratus Averni
Rector & Elyſias dedit inſervare volucres?

Incoctum eſt bene & probe coctum: *Incoctum generoſo pectus honeſto*, Metaphora deſumpta à lanis, de quibus Virgil. i i i. Georg.

—— *Tyrios incocta rubores*
Vellera ——

Incutere eſt valde quatere. Cælius Firmianus,

Teſtatur gemitu graves dolores
Suſpirat, fremit, incutitque dentes.

Infracti ſunt quorum copiæ in bello victæ ſunt. Virgil.

Turnus ut infractos adverſo Marte Latinos
Defeciſſe videt ——

Invinctus eſt valde vinctus & compeditus apud Calliſtratum l. pen. D. ad L. Falcid. *Incinctus*

apud Liv. lib. 8. cap. 9. *Ipſe incinctus cinctu Gabino, armatus in æquum inſiluit.* *Incana* pro valde cana apud Virgil. III. Georg. & *invalidus* pro valde validus apud Serv. ad v I. Æneidos. Claudius Salmaſius dicta epiſtola ait, eundem morem involvendi mortuos apud Græcos obtinuiſſe: Atqui, inquit, Judæorum more conſtat, mortuos faſciis & vinculis involvi ſolitos, ut etiam apud Græcos. Et paulo pòſt, Judæis & Græcis addit Latinos: Idem certe, ſunt ejus verba, mos Græcorum & Latinorum fuit. Græci πλαμῶνας appellant ejuſmodi faſcias. Latini *Pollingere* hoc ipſum appellant, quod Gloſſæ veteres σειροπλοκεῖν interpretantur. In quibus omnibus difficulter ὁ πάνυ meum aſſenſum impetrabit: Nam quod ad Græcos attinet, apud eos has faſcias in uſu fuiſſe ſi negem, plane ἄμουσος & omnium elegantiarum expers haberi debeam; Nam ſive combuſta, ſive humata (utrumque enim obtinuit, nec introducto uno alterum exolevit) fuerint. Cadavera illis linteis alligabantur & inſtringebantur, probatque pluribus Salmaſius ad Hiſtor. Auguſtam. Addit præterea lintea lectualia magna plane Græcis fuiſſe ignorata: Præterea, inquit, in epiſtola de Cruce, pro ſudario quo caput ejus involutum eſt, linteum late patens omnes exhibent, cui forma corporis Chriſti impreſſa viſitur, quaſi mos tum fuerit, ut nunc fit, corpora mortuorum linteis lectualibus amplis involve-

volvere. Et paulo poſt: Nam Græci ut & Judæi faſciis corpora mortuorum involvebant, à pedibus uſque ad fauces, caput vero parvo linteo quale eſt ſudarium, vel muccinium, ut vocant, operiebant. Hucuſque ὁ πάνυ patetque ex aliis locis, illum linteum illud ferale magnum plane rejicere. Dabunt veniam tanti viri manes, cujus etiam memoria mihi ſacra eſt, ſi non omnia iſta mihi probari libere pronuntiem. Nam Trojanis quidem temporibus vel potius Homeri (nullus enim dubito quin plurimi ritus Iliadis & Odyſſeæ ſint ejus temporis, quo vixit Poëta): contrarium obtinuit: ita in funere Patrocli adornando obſervo eum involutum fuiſſe linteo tenui, deinde ipſi injectum φᾶρος.

Ἐν λεχέεσσι δὲ θέντες, ἑανῷ λιτὶ κάλυψαν,
Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς· καθύπερθε δὲ φάρεϊ λευκῷ.
In lecto vero collocantes linteo ſubtili texerunt
Ad pedes à capite, deſuper autem veſte alba.

Nullæ ibi faſciæ. nam ἑανὸς & φᾶρος de laxioribus veſtibus dicuntur; illud Heſychius exponit λινὸν περιβόλαιον, & λεπτὸν ἱμάτιον, & hoc ἱμάτιον καὶ περιβόλαιον: adeo ut videatur loco faſciarum tunc temporis, linteo ſubtili arcte conſtrictum corpus, deinde vero tectum ſuperne fuiſſe vel etiam laxius indutum τῷ φάρει. Penelope apud eundem Odyſſ. B. ait ſe Ulyſſi parare φᾶρος ταφήιον, quod proculdubio de laxa & pretioſa veſte interpretandum eſt:

Κοῦροι ἐμοὶ μνηστῆρες, ἐπεὶ θάνε δῖος Ὀδυσσεὺς
Μίμνετ' ἐπειγόμενοι τὸν ἐμὸν γάμον, εἰσόκε φᾶρος
Ἐκτελέσω (μή μοι μεταμώλια νήματ' ὄληται,)
Λαέρτῃ ἥρωϊ ταφήϊον ———

Quo jure Giphanius & Spondanus vertant *linteum pollinctum*, neſcio: optime brevium Scholiorum auctor & erudite explicat ἐντάφιον. Nam ita veteres vocabant veſtem illam pretioſam, qua mortui ornatus cauſa, & ut major iis conciliaretur dignitas, induebantur. Apud Ælianum lib. I. ποικίλης cap. XVI. Apollodorus cum audiviſſet Socrati moriendum eſſe, tulit ei donum tunicam & pallium, orans ut iis indutus venenum biberet: & propter quam rationem? ἔλεγε γὰρ, ait Auctor, αὐτῷ καλῶν ἐνταφίων μὴ ἀμοιρήσειν, εἰ ἐν αὐτοῖς ἀποθάνοι, reddunt: *Magnificæ ſepulturæ non expertem fore:* melius, *non cariturum eum veſte pretioſa.* Lib. XII. cap. LV. refert ritum Afrorum, qui ab elephantis vel in præliis vel in venationibus interfectos laudibus cantatis honorifice ſepelire conſueverant: λέγει γὰρ καὶ τὸ ἐνδόξως ἀποθανεῖν ἐντάφιον εἶναι τῷ θαπτομένῳ. Peſſime vertunt *monumentum* cum ſenſus poſtulet: *Dicunt bene mori eſſe veſtem pretioſam ſepulto.* Id eſt, cum aliæ gentes magnifice exornent cadavera, Afri hanc ſolam veſtem magnificam ducunt *Honeſte mori.* Lib. III. cap. XXIV. narrat Xenophontem ſemper arma polita habuiſſe, ejuſque rei hanc cauſam reddebat, Νικῶντι τοὺς πολεμίους

τὴν καλλίςην ςολὴν ἁρμόττειν, ἢ ἀποθνήσκοντα ἐν τῇ μάχῃ, κεῖσθαι καλῶς ἐν τῇ πανοπλίᾳ. Adjicit deinde, τὸ γὰρ ἀνδρὶ τῷ γυναίῳ ταῦτ' εἶναι τὰ ἐντάφια, τὰ ὡς ἀληθῶς κοσμοῦντα αὐτόν. Quibus in locis τὰ ἐντάφια Schefferus dum de iis quæ cum defuncto in ignem injiciebantur explicat, humani quid paſſus eſt: Caute tamen addit *videntur*, ut dubitaſſe ſenex doctiſſimus videatur. Et hinc fluxit elegans illa loquendi ratio, qua Dionyſius Tyrannidem vocat καλὸν ἐντάφιον apud eundem lib. IV. cap. VIII. Cum enim arctiſſima à Carthaginienſibus obſidione premeretur, nec ulla affulgeret ſpes ſalutis, agitaretque fugam, Ellopides ejus familiaris hoc dicto eum à propoſito avertit: ὦ Διονύσιε, καλὸν ἐντάφιον ἡ τυραννίς, Id eſt, pulchrum eſt uſque ad mortem regnum obtinere, pulchrum eſt mortuum regem efferri, quippe quod plus ornaret quam veſtis pretioſa: eodemque ſenſu Chariclia apud Heliodorum lib. I. Æthiop. Σωφροσύνην vocat καλὸν ἐντάφιον: ἐγὼ μὲν, inquit miſella illa, ἀγχόνῃ προλήψομαι τὴν ὕβριν καθαρὰν ἐμαυτὴν ὥσπερ φυλάττων, ἢ μέχρι θανάτου φυλάξασα, καὶ καλὸν ἐντάφιον τὴν σωφροσύνην, ἀπενεγκαμένη. Ubi nihil vidit interpres dum vertit *epitaphium:* nam hæc toto cœlo diverſa: cujus erroris etiam ſe alligat interpres Luciani: nam quod hic Græce dixit in Dialogo Charontis & Mercurii, Καὶ σὺ δὲ τὸ πλεῖστον ἀποθέμενος, ὦ

Κρείτων, καὶ τὴν μαλακίαν τῆς προσέπι, καὶ τὴν τρυφὴν, μηδὲ τῆς τὰ ἐντάφια κόμιζε, μηδὲ τὰ τῶν προγόνων ἀξιώματα. Ille vertit: *Neque feras tecum epitaphia, neque majorum tuorum dignitates*; male, ne dicam peſſime. Et quando illam veſtem induebant dicebantur, ἐνταφιάζειν, quæ quæ vox tamen generaliori notione pro *pollingo* uſurpatur: Gloſſæ, *polingo*, περιστέλλω νεκρὸν, στεροπλοκῶ, ἐνταφιάζω. Nam illis vocibus ſignificant omnem curam, quam pollinctores cadaveribus adhibent, ut, membra collocare, ungere, componere faciem, faſciis obvolvere, veſtes pretioſas induere. Et Fulgentius eos explicat *cadaverum curatores*. Auctor innominatus apud Suidam πέπλοις περιστέλλειν dixit: ὁ τὸ τῆς σῶμα τούτου περιστείλας πέπλοις σηρικοῖς: quod de faſciis minime intelligendum eſt, ſed de linteo laxiore, cui tamen arcte corpus involvebatur, ut aperte patet ex figura cadaverum quæ in ſuperioribus poſſunt videri, quod *obvolvere* vocant Latini, D. Hieron. de vita P. Eremitæ: *Cur mortuos veſtros auratis obvolvitis veſtibus? cur ambitio inter luctus & lacrymas non ceſſat?* Pro eo etiam abſolute περιστέλλειν dicebant, non addito nomine rei. Euripides Oreſt. v. 1066.

Πυλάδη, σὺ δ' ἡμῖν τοῦ φόνου γενοῦ βραβεὺς,
Καὶ κατθανόντοιν εὖ περίστειλον δέμας.

Medea, v. 1034.

Καὶ κατθανοῦσαν χερσὶν εὖ περιστελεῖν.
Et mortuam manibus recte componeretis.

Allo-

Alloquitur Medea liberos ſuos : & recte vertunt *componere :* nam *componere* non ſignificat ſolum oſſa & cineres vaſculis incluſa condere, ut Kirchmannus putat, ſed de omni re uſurpatur, quæ rite collocatur. Plutarchus de Inſtit. Laconicis : Συνθάπτειν δὲ οὐδὲν ἐπέτρεψεν (Lycurgus) ἀλλ᾽ ἐν φοινικίδι καὶ φύλλοις ἐλαίας θέντας, σῶμα περιστέλλειν κατ᾽ ἴσον ἅπαντας. Qua de re videatur etiam Ælianus lib. VI. cap. VI. qui ait purpuram illam injectam fuiſſe, οἱ δὲ τελέως ἀριστεύσαντες, καὶ φοινικίδος αὐτοῖς ἐπιβληθείσης, ἐνδόξως ἐθάπτοντο : Si injecta, alia utique veſtis quam ſolæ faſciæ, adhibitæ fuerunt : & ut clare dicam, & ſemel pronunciem, quæ ſit ſententia, ſic habete : Cadaver linteo tenui obvolvebatur, quod etiam manus corpori applicaret, & pedes jungeret : deinde ligabatur faſciis, quibus veriſimile non eſt nudum hominis corpus fuiſſe conſtrictum, & aliter ſolet fieri in infantibus circumtegendis : & tandem vel induebatur vel injiciebatur veſtis pretioſa, quam Græci ἐντάφιον vocant : neque tamen factum credo ut faſciæ ſemper fuerint adhibitæ, præcipue cum cadavera non condirentur, & funus Patrocli illas ignorat, de quo addenda ſunt verba Dictys Cretenſis ex lib. III. *Dein Patrocli corpus elatum, mox veſte circumtegitur, maxime ob tegenda vulnera, quæ multis modis impreſſa haud ſine magno gemitu cernebantur.* Nam illa veſtis eſt Homero *tenue linteum*, & pro *circum-*

tegere, Hieronymus *obvolvere* dixit. Nec quis mihi objiciat veſte illa non more ſolenni, ſed propter acerbitatem vulnerum tectum cadaver: nam faſciæ id præſtabant. Antigone apud Euripid. Phœniſſ. v. MDCLXIII. ad Creontem, qui exuerat hominem & invidebat Polynici tenuem arenam,

> Ἀλλ' ἀμφὶ τραύματ' ἄγρια τελαμῶνας βαλεῖν.
>
> *Sine ſaltem ut circa inhoneſta vulnera faſcias ponam.*

Qui locus mirifice probat id quod diximus: Sane ſi nudum corpus illis fuiſſet conſtrictum, nihil neceſſe erat Antigonam addere humanitatis ſuæ cauſam: nam illud ſolum fiebat ut honeſtius, ſepelirentur: Scholiaſtes: εἰώθασι γὰρ τῶν τραυμάτων ἐπιμελεῖσθαι τῶν νεκρῶν, ὑπὲρ τοῦ αὐτοὺς εὐσχήμονας φαίνεσθαι. Imo illa vulnera non ſecus ac vivorum curabant addito oleo. Homerus Iliad. Σ. de Patroclo:

> Ἐν δ' ὠτειλὰς πλῆσαν ἀλείφατος ἐννεώροιο.
>
> *Vulnera autem impleverunt unguento novennali.*

Hic quidem Græcorum mos, & ita per varios caſus, per tot diſcrimina tendimus in Latium, ubi tamen ſedes minime quietæ, nam quod Salmaſius vult has faſcias ibi quoque uſum ſuum habuiſſe, mihi prorſus alienum videtur: De humatione Romanorum nihil dici poteſt; nam licet illa initio fuerit frequentata, & nonnullæ familiæ diutiſſime illum morem ſervarint,

rint, nulla tamen nobis præter ſolum nomen veſtigia reſtant: Sat habent dixiſſe, *Humatus eſt*, reliqua prætereunt. Combuſtio omnibus ſuis numeris deſcripta eſt ſparſim à veteribus, & collecta à viris doctiſſimis: ſed illud quod in ea quæro *faſciæ* ſunt; & cum me illuſtris Scaliger ad Feſtum: Sunt igitur, inquit, tæniæ, quibus faſciis involvebantur mortui, quas κειρίας vocabant. Quibus Romani non utebantur, quod cadavera comburerent. Et hunc impugnat Salmaſius ad Hiſtor. Auguſt. his verbis: Obiter etiam hoc addam videri falſum eſſe doctiſſimum virum qui ſcripſit Romanos non uſos eſſe faſciis ad involvendos mortuos, quod corpora eorum comburerent ſed ſolos Græcos; quem nos alibi errorem multis caſtigabimus. O ſi hanc gratiam iniiſſet à poſteritate ὁ πανὺ, quas difficultates, quæ nunc ſe undique offerunt & legentes circumvallant, vel uno, quod ajunt digitulo ſuſtuliſſet. In verba tanti viri jurare crimen non putarem, ſed quid facias, ubi fontes totius noſtræ ſcientiæ aliud, imo contrarium ſuadent. Nam quis togam Latinorum ignorat? Juvenalis Sat. III.

Pars magna Italiæ, ſi verum admittimus, in qua
Nemo togam ſumit niſi mortuus ———

Virgilius lib. XI. Æneidos,

Tum geminas veſtes oſtroque auroque rigentes
Extulit Æneas, quas illi læta laborum

Ipſa ſuis manibus quondam Sidonia Dido
Fecerat, & tenui telas diſcreverat auro.

Et ii qui togam prætextam vivi geſtaſſent, in ea ſepeliebantur. Livius lib. 34. *Purpura viri utemur: Prætextati in magiſtratibus, in ſacerdotiis, nec id ut vivi ſolum habeamus inſigne, ſed etiam ut cum eo crememur mortui.* Hæcque veſtis interdum mortuis injiciebatur. Servius ad VI. Æneid. *Quoniam ſumptuoſum erat & crudele victimas vel homines interficere, ſanguinei coloris cœpta eſt veſtis mortuis injici.* Virgilius in funere Miſeni,

Purpureaſque ſuper veſtes, velamina nota
Injiciunt ——————

Et tam apud Romanos quam Latinos totus homo tegebatur excepta facie, cui tamen fœdatæ veſtem illam injiciebant; id petit apud Euripidem Hippolytus in Tragœdia cognomine:

Κεκαρτέρηται τἄμ', ὄλωλα γὰρ πάτερ·
Κρύψον δέ μου πρόσωπον ὡς τάχος πέπλοις.
Fortis jam fui. Perii enim pater:
Tege autem faciem meam quam celerrime peplis.

Itaque erant *opertæ exſequiæ*, quarum mentio apud Quintil. Decl. XII. *Cum maxime ferimus in tumulos oſſa inſepulta, ducimus opertas exſequias, & ad ſepulturam reſidua conferuntur, & tandem cadavera igni committimus.*

CAP.

CAP. X.

Μέλ⊗ & ὕμν⊗ de proſa oratione: Fulgentius explicatus melos carminis; *ὄχοι ἁρμάτων*: graminis herba: hyems anni. *Suetonius explicatus:* hyems *& χειμὼν pro tempeſtate.*

MΕ'λ⊗ proprie de carmine Lyrico dicitur, quod à Tragœdia, carmine heroico, elegiaco aliiſque diſtinguitur: tales ſunt Horatii odæ, & ea, quæ olim Simonides ſcripſit carmina: Phœdrus Fab. 78. *Simonides qui ſcripſit egregium melos*: Vox eſt hæc Latini juris facta, quo etiam utitur Perſius: hinc Themiſtius Orat. 1. Simonidem *μελοποιὸν* vocat, & artem pangendi hæc carmina *μελογραφίην*. Hæc prima vocis hujus ſignificatio, nota ſatis; ſed non item illa, qua pro proſa oratione ſumitur. Refert Euripides in Hippol. ℣. 878. Phædram, cum ſuſpendio vitam finiviſſet, tenuiſſe manu tabulas, quibus Hippolitum accuſabat.

Οἷον οἷον εἶδον ἐν γραφαῖς μέλ⊗
Φθεγγόμενον, τλήμον. ———

Neque enim veriſimile Phædram hanc accuſationem, & falſam juvenis modeſtiſſimi inſimulationem carmine exaraſſe. Rurſus ℣. 117.

Ο'δ' ἦλθε ταυτὸν δακρύων, φέρων μέλ⊗
Ἡ'μῖν ἐπ' ἀκταῖς ————

Atque ita Latini. *Rogationis carmen* apud Liv. lib.

lib. 3. cap. 64. *Recitabatque rogationis carmen.* Idem lib. 10. cap. 38. *Dein jurare cogebatur diro quodam carmine in execrationem capitis familiæque & ſtirpis compoſito.* Simili ratione ὕμνος oratoribus eſt laudatio, quæ ſoluta oratione conſcripta eſt. Sæpius Themiſtius, ut Orat. v. Δεῦρο ἴτε οὖν ὦ φίλαι Μοῦσαι, αἳ τὸ νεὸν τὸ βούλιον ἡμῖν συνοικεῖτε, σύν μοι λάβεσθε τοῦ ὕμνου ὃν ἀπάρχομαι αὐτῷ ἐπὶ τῇ ἐνάγχος φιλανθρωπίᾳ. Et rurſus: Καὶ λιπαρῶς ἔχει τοῦ ἀκομμάτου ὕμνου καὶ ἀκηδιώτου: Et apertiſſime Ariſtides init. hymni in Jovem: ὑπισχνούμενος ὕμνον εὑρεῖν Διός, καὶ ταῦτα μὲν ἄνευ μέτρου. *Iovi hymnum me dicturum pollicebar, idque ſoluta oratione.* Ita ᾠδὴ & προσᾳδῶ apud Themiſt. Orat. v. quomodo ex oppoſito λέγειν & *dicere* pro canere Poëtæ tam Latini quam Græci ponunt. Hac ex obſervatiuncula ad veram cauſam perveniri poſſe credo cur veteres, ſeu recentiores potius, *Melos carminis* dixerint, ut ſcilicet à Proſa oratione melos id diſtinguerent. Fulgent. lib. 1. Mytholog. *Laboris tam ſubita requies melos quoddam carminis exſpectabat.* Niſi quis Græcorum id velit imitatione factum, qui duo vocabula ejuſdem plane ſignificationis amant conjungere, ut, ὄχοι ἁρμάτων *vehicula curruum* ſunt ἅρματα, apud Euripid. Phæniſſ. ỳ. 1197.

Οἵδ' αὖ παρ' ἡμῶν δεξιὸν Διὸς τέρας
Ιδόντες, ἐξήλαυνον ἁρμάτων ὄχους.
Noſtri vero viciſſim dextrum Iovis ſignum

Viden-

Videntes eduxerunt curruum vehicula.
Et Hippol. ℣. 1166.

Οἰκεῖος αὐτὸν ὤλεσ' ἁρμάτων ὄχος:

Sed forte ita loquuntur, ut à navibus diſtinguant, nam ὄχος ſeu ὄχημα tam de navibus quam de curribus dicitur. Ariſtides in Iſthmiac. Καὶ τῷ ἀνθρώπῳ διπλοῦν ὄχημα ὑπέθηκεν (Neptunus) ἅρμα μὲν ἐν γῇ, ναῦν δ' ἐν θαλάττῃ. *Et hominibus duplex ſuppoſuit vehiculum, currum terra, & navem in mari.* Quod mihi quidem non diſplicet; Prius tamen magis probatur, cujus locutionis en plura exempla. Herba cum vox generalis ſit, & omnes ex terra provenientes tenuiores plantas notet, ſi gramen denotare vellent, *graminis herbam* dixere, Virgil. Eclog. 5.

Nec graminis attigit herbam. Et *herba frumenti* legitur 1. Georg. ℣. 134.

— *Et ſulcis frumenti quæreret herbam.*

Quomodo etiam Livius *herbam* de frumento uſurpat. Lib. 23. cap. 48. *Nec ante violavit agrum Campanum, quam jam alta in ſegetibus herba pabulum præbere poterant.* Præterea *hyems* cum anni tempeſtatem, & procellas ſignificet, *hyemem anni* dixerunt. Suet. Jul. c. 35. *Neque loco neque tempore æquo, ſed hyeme anni, & intra mœnia copioſiſſimi ac ſolertiſſimi hoſtis.* Notat ſimilia in *æſtate anni* Caſaubonus, ſed rationem non reddit, quæ nulla alia præter illam quam dixi. Servius ad lib. 1. Æneid. ℣. 126. *Hic apertius*

tempeſtatem declarat ex Græco: Nam & illi χειμῶνα tempeſtatem dicunt, & bene veteres noſtri HYEMEM ANNI *dicebant, ne tempeſtas poſſet intelligi.* Et hinc Virgilium lib. 2. Æneid. ℣. 110. *Ponti hyemem* dixiſſe vult,

——— Sæpe illos aſpera ponti
Interclusit hyems ———

Bene addidit, inquit, PONTI: *quia eſt & temporis:* Nam Latinis *hyemem* & Græcis χειμῶνα pro tempeſtate poni non eſt inſolens: Statius lib. 1. Achil. ℣. 51.

Grandævumque patrem ſupplex miſeranda rogabo
Unam hyemem ———

Ubi *una hyems* eſt magna & ſæva tempeſtas: *unus* & *unicus* pro maximo & graviſſimo ponuntur: *una cupiditas* apud Ciceron. lib. 3. in Verrem explicante Aſconio eſt *præcipua*, *una ira* apud Val. Flac. lib. 7. ℣. 318.

Sæpe ſuas miſero promittere deſtinat artes,
Denegat, atque una potius decernit in ira.

Ubi erat cum legerem *toties*, ut dicat Medeam hunc hoc, nunc illud conſilium cœpiſſe. Et lib. 8. v. 377.

Abſceſſit tandem, unaque recedit ab ira.

Hyems autem eo ſenſu eſt apud eundem lib. 1. ℣. 197. Ubi Jaſon Neptuni pacem implorat, quod primus tentarit profundum.

Da veniam: ſcio me cunctis è gentibus unum
Illicitas tentare vias, hyememque mereri.

Apud

Apud Græcos nihil frequentius, qui ulterius progreſſi, bella periculoſa, ut & hoc addam, ſeditioneſque χειμῶνας appellant, ut Themiſtius Orat. 9. Et hinc frequens inter ſeditiones & tempeſtates comparatio videatur. Virgil. 1. Æneid. ℣. 152. & Juſtin. lib. 29. cap. 3.

CAP. XI.

Ilia tellus *pro* Troja *apud Virgilium: Sumpſit ab Euripide:* Ἄςυ *pro inſula: tota regio vocatur* ἀκρόπολις: *Ariſtides explicatus.*

VIrgilius lib. XI. Æneidos ℣. 245. *Iliam tellurem* pro Troja dixit.

Contigimuſque manum qua concidit Ilia tellus.

Notat Servius ἐμφατικῶς dictum pro *urbs Ilia*, *nam terra non concidit*, *ſed civitas Ilium.* Sumpſit ab Euripide, qui ſimili plane modo initio Hecubæ,

Ἕως μὲν οὖν γῆς ὄρθ᾽ ἔκειθ᾽ ὁρίσματα,
Πύργοι τ᾽ ἄθραυστοι Τρωϊκῆς ἦσαν χθονός.
Quam diu quidem terræ recti ſtabant termini
Turreſque illaſæ Trojanæ erant terræ.

Eo ſenſu χθὼν apud eundem Oreſte ℣. 446.

Ἰδίᾳ πρὸς ἐχθρῶν; ἢ πρὸς Ἀργείας χθονός.

Privatim ab hoſtibus, an ab Argiva civitate? Scilicet *obſideris.* Ut autem tellurem pro urbe, ita viciſſim urbem pro inſula vel tota regione poſuerunt. Digna ſunt Harpocrationis verba quæ adſcribantur. Κέως μία τῶν Κυκλάδων

νήσων

νήσων παρακειμένη τῇ Ἀττικῇ, τὴν νῆσον δὲ πόλιν ὠνόμασεν ὁ ῥήτωρ, (*eos una ex Cycladibus adjacens Atticorum terræ, inſulam autem urbem vocavit Rhetor.* Adducit deinde Euripidis & Ariſtophanis exempla: καὶ Εὐριπίδης, inquit, τὴν Εὔβοιαν,

Εὔβοια Ἀθήναις ἐστί τις γείτων πόλις.

Ἀριστοφάνης δὲ περὶ Σικελίας φησίν,

Οἵα πόλις τάλαινα διαλυμαίνεται.

Eademque ratione Peloponneſus Ἀκρόπολις totius Græciæ vocatur. Euſtathius ad Dionyſii Periegeſin: Ἀκρόπολιν δὲ τῆς Ἑλλάδος οἱ παλαιοί φασι τὴν Πελοπόννησον. Ipſique Dionyſio Cyprus inſula ἄστυ vocatur v. 508.

Κύπρος δ' εἰς αὐγὰς παμφυλίου ἔνδοθι κόλπου
Κλύζετ', ἐπήρατον ἄστυ διωναίης Ἀφροδίτης.

Quod μικροπρεπῶς factum eſſe vult Scholiaſtes, cum humile ſit tantam inſulam urbem vocare. Λέγει δὲ αὐτὴν ἀφροδίτης ἄστυ ἐπήρατον, ὡς καὶ τὴν Σαμοθράκην κορυβάντων ἄστυ μικροπρεπῶς (οὐ γὰρ μεγαλόφωνον τὸ τὴν τοσαύτην νῆσον εἰπεῖν ἄστυ) ἀκολούθως δ' οὕτω μύθῳ, διὰ τὴν ἐκεῖ τῆς ἀφροδίτης μάλιστα διατριβήν. Imo antiquiſſimum fuiſſe, ut inſulæ urbes vocarentur, docet Ariſtides in Oratione Iſthmia in Neptunum: Καὶ πόλεις τε ἐπολίσατο τοῖς ἀνθρώποις αὐτόθι, ἃς δὴ νήσους νυνὶ καλοῦμεν: *Qui & urbes ibidem, quas inſulas vocamus, hominibus exſtruxit.* Sed addendum fuerat *nunc*, quia ex particula verus ſenſus hujus loci pendet; dicit enim Neptunum in mari

etiam

etiam urbes condidiſſe, quibus poſtea inſularum nomen datum eſt. Ita *civitas* apud Julium Cæſarem lib. 1. de B. C cap. 2. *Apud Helvetios longe nobiliſſimus & ditiſſimus fuit Orgetorix. Is M. Meſſala & M. Piſone Coſſ. regni cupiditate inductus conjurationem nobilitatis fecit, & civitati perſuaſit, ut de finibus ſuis cum omnibus copiis exirent.* Græcus interpres καὶ τὴν πόλιν ἀνέπεισε.

CAP. XII.

Gloſſæ correctæ, maculæ: *&* σπίλοι *in veſtibus. hac occaſione de veſtibus pictis: Iſidorus correctus:* ποικιλία *de quolibet ornatu:* γραφὰς ἀπὸ κερκίδος: *Interpretes, Luciani notati:* ἐυπάρυφος ἀνὴρ. Πολύμιτος. Picta veſtis, Multiplex veſtis: *Silius Italicus contra Dauſquejum explicatus.* Multiplex linum. *Stuckius notatus.* Ἱματισμὸς ἁπλοῦς: *Arrianus diſtinctione ſanatus.*

IN excerptis Gloſſarii ab Henrico Stephani editi legitur *Babylonicum* Σπιοέλης. Sed ego emendo: Σπιλοέλης venit enim à σπίλος, quæ vox *maculam* ſignificat: Nam *maculas* & σπίλους veſtibus ineſſe dicebant quando illæ pictæ, & variis figuris ornatæ erant. Nonius: *Nam patagium dictum, quod quibuſdam quaſi maculis & nævis inſperſum erat:* quomodo etiam de pictis beſtiis Virgil. 9. Æneid.

——— *maculis quem Thracius albis*
Portat equus ———

Strabo lib. 16. Γίγνονται δὲ ἐν τούτοις τοῖς τόποις καὶ αἱ μηλοπαρδάλεις, οὐδὲν ὅμοιον ἔχουσαι παρδάλει. Τὸ γὰρ ποικίλον τῆς χρόας νεβρίσι μᾶλλον ἔοικε, ῥαβδωτοῖς σπίλοις κατεστιγμέναι, ut locum eum emendat Salmaſius ad Hiſtor. Auguſt. Cæterum Babylonii veſtibus diverſos colores intexebant, & ars pingendi acu tota peragebatur: veſteſque pingebantur vel acu per textorem vel per phrygionem. Indicat id Iſidorus lib. 19. cap. 23. ſed locus leviter corruptus ſic legendus: *Acu picta veſtis, acu textili, aut acu ornata.* Vulgo eſt *textilis* nullo ſenſu. Nam *acus* abſolute de acu, quo phrygiones ornabant ponitur, cum vero de textorum acu loquebantur, *acum textilem* dicebant. In illis autem pictura ſolo ſubtemine fiebat, Valer. Flaccus lib. 6. Argon. 228.

Pictoque juvant ſubtemine braccæ.

Et Virgil. 3. Æneid. ℣. 483.

Fert picturatas auri ſubtemine veſtes.

Græcis eſt ποικίλλειν, Euripid. Hecub. ℣. 469.

Ἐν δαιδαλέαισι ποικίλλ',
Ουσ' ἀνθοκρόκοισι πήναις.
In artificioſis variegans,
Croceo flore decoris tapetibus.

Ἀνθοκρόκοι πῆναι ſunt telæ pictæ & variegatæ filis coloris crocei vel lutei. Et cum hac pictura mirum quantum veſtes ornentur, hinc factum, ut Græcis ποικιλία pro quolibet ornatu ponatur.

tur. Theon. Sophiſta cap. 2. Progym. ἐν ᾗ τῇ ια, τὰ περὶ τὴν ἐκφορὰν αὐτοῦ, καὶ τῆς πυρᾶς τὴν ποικιλίαν. Libro undecimo *tractat ea quæ ad funus ipſius pertinent & exornationem rogi.* Peculiari tamen notione tunica quam Tragici induebant & Bacchus ποικίλον vocabatur. Pollux lib. 4. cap. 18. Καὶ ἐσθῆτες μὲν τραγικαὶ, ποικίλον: οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο ὁ χιτών. de Baccho idem lib. 7. cap. 13. Τὸ δὲ ποικίλον, Διονύσου χιτὼν βακχικός. Quo refer Satyrorum, qui comites Bacchi, παρδαλῆν ὑφασμένην, de qua Idem Pollux lib. 4. cap. 18. & Caſaubonus lib. 1. cap. 4. de Satyr. Poëſi. Latinis in uſu ſunt *pingere*, *variegare*, & *diſtinguere:* Apulej. lib. 2. Florid. *balteum miris coloribus variegatum*, & *tunicam picturis variegatam*; Amm. Marcell. lib. 36. *tunicam auro diſtinctam* dixerunt; plane ut Themiſtius Orat. 6. Πέπλον πεποικιλμένον χρυσῷ καὶ πορφύρᾳ, pro quo Suidas in Ἀτραβάτικας, χλαμύδας dixit ποικίλας ἀπὸ χρυσοῦ καὶ πορφύρας: veſtes nempe quarum ſtamen ex purpureis filis, ſubtemen vero ex auro: Quales veſtes abſolute Græcis γραφαὶ dicuntur. Eurip. Phœniſſ. ỳ. 131.

Ἒ ἒ ὡς γαῦρος, ὡς φοβερὸς
Εἰσιδεῖν, γίγαντι
Γηγενέτᾳ προσόμοιος
Ἀστερωπὸς ἐν γραφαῖσι.
Heu quam ſuperbus, quam terribilis,
Aſpectu, Giganti

Terrigenæ ſimilis,

Sideris inſtar vultu ſplendens in picta veſte.

Et picturæ arte textoris inſertæ γραφαὶ ἀπὸ κερκίδος: Id docet me elegans Ariſtenæti locus lib. 1. Epiſt. 27. ὡς εὐπάρυφον τὸ θερίστριον καὶ ποικίλον ταῖς ἀπὸ κερκίδος γραφαῖς: vertit Mercerus: *quam elegans pallium, & plagis ab arte textoris variegatum:* Idque fiebat inſtrumento textorio, quod *acum textilem* vocat Iſidorus; ſignificanter autem *plagis*, ut non videatur intelligere figuras, ſed lineas à ſummo ad imum deductas diverſi coloris, quas γράμματα vocaſſe docet nos Albert. Rubenius elegantiſſimo de Lato Clavo opere lib. 1. cap. 10. A quo præterea ſcimus εὐπάρυφον θερίστριον non eſſe *elegans* ſed *lato clavo ornatum.* Quam vocem etiam non intellexerunt Luciani interpretes. Nam Micyllus quidem vertit per *veſtes delicatas & ſplendidas*, quales revera fuerunt, attamen vim vocis non perſpexit. Sic loquitur Lucianus in De Somnio: Ἐπανήγαγεν αὖθις, οὐκέτι τὴν αὐτὴν ἐσθῆτα ἐκείνην ἐνδεδυκότα, ἣν εἶχον ἀφιπτάμενος. ἀλλ' ἐμοὶ ἐδόκουν εὐπάρυφός τις ἐπανήκειν. *Reduxit rurſum non amplius eadem veſte illa indutum, quam habueram ab initio avolans, ſed videbar tum mihi admodum delicatus & ſplendidus redire.* Ita εὐπάρυφος ἀνὴρ dicitur, qui latum clavum geſtat, quem peſſime Eraſmus explicat *virum opulentum.* Idem Lucianus in De Merc. Conductis: Πλὴν εἰ μὴ κἀκείνων τις μεμνῆσθαι

μνῆσθαι ἀξιώσειε, τῶν καὶ μόνη τῇ δόξῃ ἐπαιρομένων, τοῦ ξυνεῖναι εὐπατρίδαις τε καὶ εὐπαρύφοις ἀνδράσιν. *Niſi ſi quis & illos commemorandos judicat, quos hæc una res ad id commovet, quod glorioſum arbitrantur cum illuſtribus & opulentis viris habere conſuetudinem.* Sed hæc obiter. de hac pictura eleganter Aſterius Amazeæ epiſcopus in homilia de Lazaro: Ἀλλὰ ἵνα καινὴν ὑφαντικὴν ἐξευρόντες περίεργον, ἥτις τῇ πλοκῇ τοῦ στήμονος πρὸς τὴν κρόκην τῆς γραφικῆς μιμεῖται τὴν δύναμιν καὶ πάντων ζώων τοῖς πέπλοις τὰς μορφὰς εἰσημαίνεται, τὴν ἀνθινὴν καὶ μυρίοις εἰδώλοις πεποικιλμένην φιλοτεχνοῦσιν ἐσθῆτα ἑαυτοῖς τε καὶ γυναιξὶν καὶ παισίν. Taliaque veſtimenta picta arte textoris ποικίλια ἱμάτια ὑφῆς βαρβαρικῆς vocat Ælianus lib. 8. cap. 7. Variar. Hiſtor. Καὶ κεκόσμηντο πᾶσαι ἀλουργοῖς καὶ ποικίλοις ἱματίοις ὑφῆς βαρβαρικῆς μεγατίμου: quæ ſine dubio Babylonica, nam in Perſide Alexander erat. De his Babylonicis veſtibus legitur in Gloſſ. *Babylonicum* ψιλὴ πολύμιτος. Id eſt, Pſila plumarii opere variata, quanquam revera πολύμιτος & *Babylonicum* diſtincta fuerit, ut ſolidiſſime probat Salmaſius ad Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores. Non cepit vim hujus vocis Stuckius, dum ad periplum Maris Erythræi πολύμιτα explicat *indumenta multis filis contexta*, & Ζῶναι πολύμιτοι ipſi ſunt *zonæ multis filis contextæ*: nam utrobique addendum fuerat, *varii coloris.* Sed & hæ pictæ, veſtes *multiplices* dicuntur,

Fulgent. lib. 3. Mythol. *Ideo & multiplici veſte* (pingitur) *quod omnis potentia ornata ſit.* Varro apud Servium ad lib. 1. Æneid. *Cteſias ait in India eſſe arbores, quæ lanam ferant, item Epicadas in Sicilia, quarum floribus cum dempti ſunt aculei ex his implicitis mulieres multiplicem conficere veſtem.* Legitur etiam *multiplex linum*, ſed diverſo plane ſenſu apud Sil. Italicum lib. 4.

Tum nodo, curſuque levi ſimul adjuvat haſtam
Dignum mole viri nixus, fugit illa per ora
Multiplicis lini ſubtectaque tegmina nervis,
Atque altum tota metitur cuſpide pectus.

Quod exponit Dauſquejus *Trilicem* aut *Triloram*, aut *Quadriloram:* cui quo minus aſſentiar faciunt multa: Nam *multiplex veſtis* non dicitur, quæ tribus limbis aut pluribus eſt ornata, ſed quæ eſt variis coloribus variegata & picta: deinde *multiplex linum* hic non dicitur de ornamento, ſed de tunica linea cujus in bello uſus, qua loco ſquameæ loricæ muniebant corpus: Nam hæ tunicæ ante ex variis linis ſibi invicem impoſitis compactæ & in aceto decoctæ duritie ſua ferrum repellebant. Hinc Ajax Homero Iliad. B. ἐν καταλόγῳ dicitur λινοθώρηξ. Ubi notat brevium Scholiorum Auctor. Λινοῦ θώρηκα ἔχων. οἱ γὰρ τοξόται λινοῦς θώρηκας φέρουσιν. Quarum loricarum & meminit Valer. Flaccus lib. 6. Argon. ℣. 226. de Taulante occiſo.

Tenuia

Tenuia non illum candentis carbaſa leni
Non auro depicta chlamys, &c.

Et Sueton. in Galba. *Loricam tantum induxit linteam*; Ubi quomodo illæ factæ fuerint docebit clariſſimus Caſaubonus. Græci plane ex contrario veſtes quæ unius erant coloris nec variegatæ, ἱματισμοὺς ἁπλοῦς vocant, Arrianus in Periplo maris Erythræi: πορφύρα διάφορος καὶ χυδαία καὶ ἱματισμὸς ἀραβικὸς χειριδωτὸς, ὅ, τε ἁπλοῦς καὶ ὁ κοινὸς, καὶ σκοτουλάτος καὶ διάχρυσος καὶ κρόκος, καὶ κύπερος, καὶ ὀθόνιον, καὶ ἀβόλλαι, καὶ λώδικες οὐ πολλαὶ, ἁπλοί τε καὶ ἐντόπιοι. *Merces autem quæ in illud importantur, ſunt purpura eximia & vilis, nec non veſtes Arabicæ manicatæ & ſimplices & communes, & ſcutulatæ & inauratæ. Item crocus, cyperus, othonium, abollæ, lodices non multæ tum ſimplices tum illius loci propriæ.* Rurſus: Ἵπποι ἢ καὶ ἀνδριάντες, καὶ ἱματισμὸς διάφορος, ἁπλοῦς. *Equi ſtatuæ, veſtes tum nobiles, tum vulgares*; ut vertunt, ego deleta interſtinctione interpretandum reor, *& veſtis ſimplex varii generis*, id eſt, ut hæ illum, aliæ alium colorem haberent.

CAP. XIII.

Ariſtophanis Ἐκκλησιαζούσαις *duobus locis emendata.*

QUam rem in Comœdia hac emendanda & interpretanda fecerit Tanaquillus Faber,

ber, vir clariſſimus norunt ii, qui Diis iratis nati non ſunt. Tamen ubi Praxagora increpat fœminam verba facturam quod per Εὼ Σίω juraſſet, hæc illius mulieris leguntur.

Φέρε τ̃ ςέφανον. ἐγὼ γὸ αὖ λέξω πάλιν.

Legendum cenſeo: Ἐγὼ γὸ ἀλέξω πάλιν. Non quia αὖ & πάλιν quæ revera idem ſunt, junguntur: nam ita centies loquitur Ariſtophanes, ita & Ælianus lib. 14. cap. 6. quos ſuperans Sophocles in Phil. in Lemno αὖθις αὖ πάλιν dixit, tribus verbis conjunctis unius ejuſdemque ſenſus: Sed quia hæc mulier reprehenſa à Praxagora quod per Caſtorem & Pollucem juraſſet, dicit ſe illud non amplius dicturam, & id quaſi pro ratione allegat ad ſibi dandam coronam, ita altera reprehenſa quod per Venerem juraſſet, reſpondet ἀλλ' οὐκ ἂν εἶπεν. Alter locus eſt in ea ſcena ubi vetula & juvencula ſe convitiis laceſſunt, ait hæc,

Αἶ Αἶ. τί ποτε πείσομαι· οὐκ ἥκει μοι τ' ἑτερ⊙.

Quid celeberrimus Faber hoc de loco ſentiat in notis poteſt videri; mihi in mentem venerat.

Αἶ Αἶ. τί ποτε πείσομαι ἐν. ἥκει μοι δ' ἑτερ⊙.

Nempe præ timore, quod ſola relicta eſſet: Similiter plane noſtrates loquuntur, ut norunt ii, qui linguam eam callent: Et quid ni? nam & præ timore infra adoleſcens dicit ſe id facturum quod faciunt apud Phœdrum canes, qui miſſi erant legati ad Jovem,

Ἴθι νῦν, ait, ἔασον ἐς ἄφοδον πρώτιστά με
Ἐλθόντα θαῤῥῆσαι πρὸς ἐμαυτόν. εἰ δὲ μὴ
Αὐτοῦ σε δρῶντα πυῤῥὸν ὄψει μ' αὐτίκα,
Ὑπὸ τοῦ δέους ——— ——— ———

CAP. XIV.

Longus correctus, & lectio ejus contra Iungermannum defenſa. Σκίῤῥοι γέροντες, calloſi ſenes; tritæ manus χεῖρες ἄτριπτοι. ψυχαγώγιον: καταγώγιον *de locis*, clamare in herbas, ἀγωγή. *ratio evannandi apud veteres, & in ea error ejuſdem Iungermanni.*

LOngus libro 2. Ποιμενικῶν poſtquam narravit Dryam commode Bacchum ſaltaſſe, ſubjungit: Τρίτος δὴ γέρων οὗτος εὐδοκιμήσας ἐπ' ὀρχήσει, φιλεῖ Χλόην καὶ Δάφνιν. Jungermannus credit locum mutilum & defectum, quod mihi ſecus videtur: Narratio enim plena, & cohæret, nihilque interſeri poteſt; ſed ſcripſit Longus Σκίῤῥος δὴ γέρων, id eſt, *Durus* ſeu *agreſtis*. Ita lib. eod. de Lamone & Dryante: οἱ δὲ ἀντείχοντο σκίῤῥοι γέροντες, καὶ χεῖρας ἐκ γεωργικῶν ἔργων ἰσχυρὰς ἔχοντες: Quæ poſtrema vocem illam explicant. Latini *calloſos ſenes* vocant. Auctor carminis ad Piſon.

——— Nam quid memorare neceſſe eſt,
Ut Domus à Calpo nomen Calpurnia ducat?
Claraque Piſonis tulerit cognomina prima,
Humida calloſa cum pinſerit hordea dextra?

Nam & *loci allicere* dicuntur : Feſtus, *lectus dictus vel à collectis ſoliis ad cubitandum, vel quod fatigatos ad ſe alliciat.* Talemque locum, qui allicit, ψυχαγώγιον vocat Longus, & Ælianus lib. 3. ποικ. cap. 1. Καταγώγιον eodem plane ſenſu : Tempas Theſſalicas deſcribit : ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς λείοις καὶ καθυμένοις ἄλση τέ ἐστι ποικίλα, καὶ ὑποδρομαὶ συνεχεῖς, ἐν ὥρᾳ θέρους καταφυγεῖν ὁδοιπόροις ἥδιστα καταγώγια. *In ipſo campo & planitie varii ſunt luci & loca ſaxis vel arbuſtis obtecta, æſtivo tempore gratiſſima viatoribus receptacula.* Interpres per τὸ *receptacula* vim Græci vocis non expreſſit, nec habent Latini vocem, quæ ei reſpondeat. Nam ἀγωγὴ vocatur omne illud quod nos ad aliquid faciendum inducit, quod nos agit. Ita Plato lib. 1. de Legibus pag. (mihi) 25. ἀρετὴν vocat τὴν τοῦ λογισμοῦ ἀγωγὴν χρυσῆν καὶ ἱερὰν, τῆς πόλεως κοινὸν νόμον ἐπικαλουμένην. Ψυχαγώγιον autem nihil eſt aliud quam ψυχῆς ἀγώγιον, vel, ut Gregorius Nyſſenus loquitur, ψυχῆς καταγώγιον : locus eſt in Epiſtola, quam de iis ſcripſit, qui Hieroſolymam ibant, ſed ſenſu longe diverſo : θεοῦ, inquit, προσεγγισμὸν τοπικὴ μετάστασις οὐ κατεργάζεται, ἀλλ᾽ ὅπου περ ἂν ᾖς πρός σε ἥξει ὁ θεός. ἐάν γε τὸ τῆς ψυχῆς σοῦ καταγώγιον τοιοῦτον εὑρεθῇ, ὥστε ἐνοικῆσαι τὸν Κύριον καὶ ἐμπεριπατῆσαι. Atque ita Plutarchus Bibliothecam Luculli τῶν μουσῶν καταγώγιον vocat, quia ſcilicet Bibliotheca illa ita erat ornata, ut Muſas ipſas attraheret. Locus

eſt in ejus vita. Ἥτε χρῆσις ἦν φιλοτιμοτέρα τῆς κτήσεως, ἀνειμένων πᾶσι τῶν βιβλιοθηκῶν, καὶ τῶν περὶ αὐτὰς περιπάτων καὶ σχολαστηρίων ἀκωλύτως ὑποδεχομένων τοὺς Ἕλληνας, ὥσπερ εἰς μουσῶν τε καταγώγιον. *Erat enim eorum uſus quam comparatio liberalior: quod bibliothecæ omnibus paterent, atque in adjectas ambulationes ſcholaſque reciperentur omnes Græci, veluti in Muſarum hoſpitium.* Sed quia in eo ſumus, ut Bucolicum Auctorem tractemus, aliquid de Re Ruſtica ſubjiciendum eſt. Heſiodus lib. 2. ἐργ. *aream* docet debere fieri in loco δινέῃ, id eſt, *ventis expoſito.* Docet idem Varro lib. 1. cap. 41. de Re Ruſt. *Aream eſſe oportet in agro ſublimiori loco, qua perflare poſſit ventus.* Veteres quippe alia longe ratione in purgando frumento & à paleis diſcernendo, uſi ſunt, quam qua hodierni Agricolæ: Nam boves, quibus ſubnexi tribuli, triturabant, vel potius excutiebant, & deinde ventus paleas ſecernebat, in aréa δινέῃ frumento poſito. Virgil. 3. Georg.

Cum graviter tunſis gemit area frugibus, & cum
Surgentem ad zephyrum paleæ jactantur inanes.

In quibus *paleam* & *ventum* obſerva; palea enim ſolo vento ablata: hinc etiam junguntur in lib. 14. §. 1. Cod. de Servit. & à Palladio lib. 1. cap. 36. *Sit autem area loco ſublimi, & undecunque perflabili, longe tamen ab hortis, vineis, atque pometis. Nam ſicut radicibus virgultorum*

torum proſunt lætamen (id eſt, fimus, v. Virgil. in Georg.) *& paleæ, ita inſidentes frondibus eas perforant, atque arere compellunt.* Sed cum ventus munda ſatis frumenta reddere nequiret, aut acum, id eſt, pulverem leviſſimum ſegregare, vanni uſus repertus eſt. Virgil. 1. Æneid. ℣. 165.

Arbuteæ crates, & myſtica vannus Iacchi. Servius exponit *cribrum areale*, & Philargyrius uſum ejus vult, *ut fabam vannat:* ſed omni frumento adhibitus, cumque ruſtici hoc facerent, ventum etiam captabant. Græci dicunt λικμῆσαι πρὸς ἄνεμον. Longus lib. 3. ποιμενικῶν οἶδα καὶ (loquitur Daphnis) γῆς ἀρῶν, καὶ λικμῆσαι πρὸς ἄνεμον. Ubi in notis lapſus Jungermannus, dum purgationem, quæ ſolo vento fit, & eam quæ cum vanno, confundit: Cum enim locum Virgilii paulo ante laudatum attuliſſet, ait, *Evannare* hoc Varronem dicere. Locus eſt lib. 1. cap. 52. *His tritis oportet è terra ſubjactari vannis, aut ventilabris, cum ſpirat lenis. Ita fit, ut quod leviſſimum eſt in eo, atque appellatur acus, evannetur extra aream, ac frumentum quod eſt ponderoſum purum veniat ad corbem. Tædio*, Α'θύμως, quaſi ſit dativi caſus, ſed *tædio* hic verbum eſt, & lege ἀθυμῶ. Ita *tædiare* apud Lamprid. in vita Severi & Veget. l. 3. c. 2. de Re Veterin. qua ratione etiam *ſtirpare, retare, barbare, pilare, gnatare* dixerunt: & *furiare* apud Hor. *ſcelerare* apud Virg. aliaque.

CAP.

CAP. XV.

Duo Gloſſarii loca explicata. Acceſſio, Ἐπίληψις, λῆψις, ἐπισημασία, impetus, horror, Καταβολή, *καῦσος πυρετός,* Lineamenta cauſæ, cauſæ conjectio. *Legitur in Gloſſis,* Accenſiones, Ἐπίληψις, Ἐπισημασία.

DE febribus hæc intelligenda ſunt: nam ἐπίληψις dicitur, quando illa accedit. Cicero libro 7. ad Attic. epiſt. 7. *Tua* λῆψις *quem in diem incurrat neſcio.* Nihil eſt aliud quam acceſſio. Idem lib. 9. Epiſt. 2. *Tamen ad eam brevem, quam* III. *Nonas* ὑπὸ τὴν διάληψιν *dediſti, reſcribendum putavi.* Libro eodem, Epiſt. 10. *Deinde* IV. *Nonas Mart.* ὑπὸ τὴν λῆψιν *cum breviter ſcriberes, tamen ponis hoc, cras ſcribam plura.* Quæ ratio loquendi fortè ex Palæſtra petita, in qua quid ſit λαβὴ docebit Plutarchus in Apoph. Latini pro eo *acceſſionem* dixerunt. Sueton. Veſpan. cap. ult. *Primo quoque morbi acceſſione, ut,* inquit, *puto, Deus fio.* Et *decedere* atque *accedere.* Cicero lib. 7. ad Att. 2. *Etſi alteram quartanam Pamphilus tuus mihi dixit deceſſiſſe, & alteram leviorem accedere.* Et notandum hac voce tam Græcos quam Latinos eum morbum ſignificare, qui non adeo vehemens eſt, cui opponunt *impetum* & καταβολὴν, quando febris aliquem derepente & vi veluti quadam, ut totus homo

horreat

horreat & tremat, invadit. Quartilla apud Petron. *Ipſa quidem illa nocte vexata, tam periculoſo inhorrui frigore, ut tertianæ etiam impetum timerem.* Et illæ à frigore, hæ ab horrore incipere dicuntur. Celſus lib. 3. *Febres aliæ protinus incipiunt à calore, aliæ à frigore, aliæ ab horrore: frigus vero ubi extremæ partes membrorum inalgeſcunt: horrorem ubi totum corpus intremuit.* Hinc *horror* pro tali febre. Cicero lib. 12. ad Attic. Epiſt. 6. *Atticam doleo tam diu: ſed quoniam jam ſine horrore eſt, ſpero eſſe ut volumus.* In his autem *horror* tremor eſt, & *horrere* tremere, Græcis φρίττειν vel φρίσσειν: nam illud *Horreſco referens* idem eſt cum eo *Gelidos tremor occupat artus.* Græcos καταβολὴν impetum hunc dixiſſe docet Harpocration in Καταβολὴ ἐν ταῖς περιοδικαῖς νόσοις λέγεταί τις καταβολὴ, διὰ τὸ ἐν ἀποδεδειγμένῳ περιϊέναι χρόνῳ, καθάπερ οἱ ἐρανισταὶ τὰς καταβολὰς ποιοῦνται τῶν χρημάτων; qua in notione falli eum docet Salmaſius cap. 1. Obſerv. ad Jus Atticum. Quod autem Gloſſarii Auctor ἐπίληψιν Accenſionem interpretatur, videtur reſpexiſſe ad febres qui cum calore incipiunt, quales quaſdam eſſe modo ex Celſo audivimus, & quales Græci proprie πυρετοὺς vocant. Nam πυρετὸς ſecundum antiquos nihil eſt aliud quam θερμασία παρὰ φύσιν ἀπὸ καρδίας ἀρχομένη, καὶ διὰ τῶν ἀρτηριῶν ἐπὶ τὸ πᾶν σῶμα ἡπλωμένη, αἰσθητῶς βλάπτουσα τὴν ἐνέργειαν. *Quam calor præter naturam qui à*

corde

corde abortus, ac per arterias in univerſum corpus diffuſus actionem manifeſte lædit. Sunt verba Palladii cap. 1. de Febribus. Interdum tamen & πυρετὸς dicitur de iis febribus, quæ cum horrore & rigore ſeu frigore incipiunt, atque hanc rationem credo, quare apud Medicos Græcos nonnunquam legatur καῦσος πυρετός. Idem Palladius cap. 6. εἰ δέ γε σαπῇ εἰ μὲν ἐν τοῖς ἀγγείοις, ποιήσει καῦσον πυρετόν. *Si vero putreſcat ac ſit in vaſis, ardentem febrem excitabit.* Plutarchus ἐπισημασίαν appellat de Fluminibus in Euphrate: Ταύτην οἱ τεταρταΐζοντες, ὅταν ἐπὶ τοῦ στήθους θῶσιν, ἀπαλλονται παραχρῆμα τῆς ἐπισημασίας, καθὼς ἱστορεῖ Χρύσερμος Κορίνθιος ἐν ιγ περὶ ποταμῶν. *Quam ſi qui quartana laborant in pectore poſuerint ipſo Paroxyſmo ſtatim liberantur, ut teſtatur Chryſermus Corinthius tertiodecimo de fluminibus.* Quando nempe ſolent refrigerari, oſcitare, pandiculare, & reliqua experiri, quæ in acceſſione ſolent evenire, quæ ſunt veluti notatio & ſignificatio febris accedentis. In iiſdem Gloſſis *Lineamenta cauſæ* exponuntur ὑφὴ τοῦ πράγματος: nihil aliud ea eſſe credo, quam *cauſæ conjectionem*, de qua Aſconius Pedianus in 3. Verr. *Quo* (ad judicium) *cum eſſet ventum, antequam cauſa ageretur, quaſi per indicem rem exponebant, quod ipſum dicebatur cauſæ conjectio, quaſi cauſæ ſuæ in breve coactio.* Quod præcepit lex 12. Tabb. Gellius lib. 17. cap. 2. *Ante meridiem cauſam conjiciunto*, & ita

itá regulam definit Sabinus apud Paulum leg. 1. D. de Reg. Juris. *Regula eſt, quæ rem quæ eſt breviter enarrat: non ut ex regula jus ſumatur; ſed ex jure quod eſt regula fiat. Per regulam igitur brevis rerum narratio traditur, & (ut ait Sabinus) quaſi cauſæ conjectio eſt, quæ ſimul cum in aliquo vitiata eſt, perdit officium ſuum.*

CAP. XVI.

Nimbus quid in Deis, & Imperatoribus, atque in Phœnice, probata illuſtris Scaligeri correctio in Auſonio: ſed locus aliter explicatus.

NImbum Veteres appellarunt lumen illud quod Deorum & Imperantium capita circumdat, quando pinguntur. Servius ad lib. 2. Æneid. ✝. 616. *Nimbum* exponit *lucem divinam*, addit deinde: *Eſt enim fulgidum lumen quo Deorum capita cinguntur, ſic enim pingi ſolet.* Ubi l. *ſolent*. & ad ✝. 590. *Lucem divinam* explicat *nimbum*: *In nimbo*, inquit, *qui cum numinibus ſemper eſt.* Qui imperantibus quoque tribuebatur idem ad v. 586. *Proprie nimbus eſt qui deorum vel imperantium capita quaſi clara nebula ambire fingitur.* Nec ſolum lumen illud quod capita circundat, ſed omne id quod numen aliquod cingit, quomodo ſanctos hodierni pictores exhibent. Ad ✝. 694. *Nunc Theologicam rationem ſequitur, quæ aſſerit flammarum quos cernimus tractus nimbos eſſe deſcendentis Numinis.*

Atque ita Virgilius lib. 3. ℣. 151. Penates deſcribit, ubi itidem Grammaticus videatur corruptus hac in voce Auſonius in Grypho:

Quem novies ſenior Gangeticus anteit ales
Ales cinnameo radiatus tempora nido.

Qui hanc nobis lectionem dederunt, reſpexerunt proculdubio ad nidum ejus, de quo Plinius lib. 10. Hiſtor. Natur. cap. 2. *Seneſcentem caſia thuriſque ſurculis conſtruere nidum*, *replere odoribus & ſupermori.* Sed ego cum illuſtri Scaligero in Epiſt. Poſthumis lego, *nimbo.* Cujus tamen explicationem non ſequor; ait enim: Collum & caput Phœnicis rutilante fulgoris rubro veluti adſperſum indicat. Teſtis eſt Plinius dicto loco: *Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus.* Quominus ei hac in re aſſentiar, facit id, quod Plinius fulgorem illum in collo, Auſonius vero nimbum circa tempora, ſeu ipſum caput ponat: & nimbus quidem fulgor, ſed non is color, qui fulget in collo ſic vocatur; nam id ſi admittimus, & columbas cæteraſque aves collo florentes nimbum habere dicendum eſt, quem colorem eleganter in Pavone deſcribit Piſidas ℣. 1219.

Ὢ πῶς ἰδών τις τὸν ταὼν μὴ θαυμάζοι
Τὸν χρυσὸν ὡς σάπφειρον ἐμπεπλεγμένον,
Καὶ τὴν πτερωτὴν ἐν σμαράγδῳ πορφύραν.
Pavone viſo quis parum mirabitur,
Sapphirum in auro innexum & in gemmantibus
Alis ſmaragdo purpuram viridi inſitam.

Qui

Qui etiam videatur ỿ. 1258. Ego nimbum in Phœnice apicem & criſtas interpretor. Plinius: *Criſtu faciem caputque plumeo apice cohoneſtare.* Et lib. 11. cap. 37. *In capite paucis animalibus, nec niſi volucribus, apices, diverſi quidem generis, Phœnici plumarum ſerie, medio eo exeunte alio.* Quem nimbum quomodo depinxerint, videri poteſt in nummo apud Gutherium lib. 1. cap. XVII. de Jure Manium.

CAP. XVII.

Petronius paſſim emendatur. Cubile. *Navigium Iſidis, Herculis & Ammonis.* convaleſcere *de tempeſtate, Plantis, conjurationibus:* Ἀπότομ⊙ ἰατρός; Arces impoſitæ oppido. *Valer. Flaccus & Statius explicati: Aſtroſus; Siderum poteſtates;* ἀστέρες κακοποιοὶ, *&* ἀγαθοποιοὶ, bona *&* mala ſidera; bona mens, mala mens; mens Dea, Animus Deus; *Catonis diſticha explicata.*

IN Satyrico Petronii hæc verba leguntur: *Non dubie redierat in animum ele, expilatumque libidinoſa migratione navigium.* Vides lector hic aliquid deſiderari: editiones nonnullæ præferunt *mechile.* quod Douza pag. recipit, & dictum vult pro *mechimonio:* Conveniebat aliquando in mentem legi poſſe *ædes*, id eſt, templum. nam hoc etiam à bonis his viris ſpoliatum erat: Ipſe Eucolpius in epiſtola ad amicam:

cam: *Habes confitentem reum, quicquid juſſeris merui, proditionem feci, hominem occidi, templum violavi, in hæc facinora quære ſupplicium.* Cum quo Lectiones variæ Anonymi cujuſdam valde congruunt, nam præ ſe ferunt *edile.* Sed hanc conjecturam præ alia ſprevi, qua legebam, *cubile*, maxime cum & Tornoſius & Anonymus in MSS. hanc lectionem uterque ſe repperiſſe teſtetur. Illudque *cubile* de corrupta uxore interpretor, de qua ſuperius. *Volebat Triphæna miſereri, quia non totam voluptatem perdiderat, ſed Licas memor adhuc uxoris corruptæ, contumeliarumque, quas in Herculis porticu acceperat, turbato vehementius vultu proclamat.* Navigium autem illud eſt, cujus fit mentio in ſequentibus, *Tu*, inquit, *Eucolpi ſuccurre periclitantibus*, id eſt, *veſtem illam divinam, ſiſtrumque redde navigio.* Quod recte de navigio Iſidis interpretatur Scioppius, de quo Fulgentius lib. 1. Mythol. *Ganymedem vero bellando his ſignis præeuntibus rapuit, ſicut Europam in tauro rapuiſſe fertur*: Id eſt, *in nave tauri picturam habentem. Et Iſidem in vacca ſimiliter in navem hujuſce picturæ. Denique ut hoc certius eſſe cognoſcas, navigium Iſidis Ægyptus colit.* Similiter & Tyrii navem Herculi ſacram habebant: Arrian. lib. 2. de Exp. Καὶ τὴν ναῦν τὴν Τυρίαν, τὴν ἱερὰν τοῦ Ἡρακλέος, ἥντινα ἐν τῷ ἐπίπλῳ ἔλαβε, καὶ ταύτην τῷ Ἡρακλεῖ ἀνέθηκε, καὶ ἐπίγραμμα ἐπ᾽ αὐτῇ ἢ αὐτὸς ποιήσας, ἢ ὅτου δὴ ἄλλου ποιήσαντος οὐκ ἄξιον

μνήμης

μνήμης τὸ ἐπίγραμμα, διὰ τοῦτο καὶ ἐγὼ αὐτὸ ἀναγράψαι ἀπηξίωσα. *Navem etiam Tyriam ſacram Herculi, quam navali incurſione ceperat, Herculi dicat, cum inſcriptione, quam ſive ipſe, ſive alius quiſpiam fecerit, quod nihil habeat memoria dignum, commemorandam minime putavi.* Quam navem inſerviiſſe credo ad pompam Herculi mittendam, nam ei rei tunc temporis Alexander naves ſuas adhibuit, ut in præcedentibus ſcribit. Καὶ αἱ νῆες ξυνεπόμπευσαν τῷ Ἡρακλεῖ, καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν, ἐν τῷ ἱερῷ καὶ λαμπάδα ἐποίησε. *Naves autem Herculi pompam peregerunt: Ludos quoque gymnicos in æde Herculi ſacra multis collucentibus facibus edidit.* Sic & alii Dii ſibi ſuas naves ſacras habuerunt, *Ammonis ſacram triërem* narrat Dinarchus quæ vocabatur Ἀμμωνίς. Harpocration, Ἀμμωνὶς ἡ τοῦ Ἄμμωνος ἱερὰ τριήρης. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Ἱμεραίου. Quam perſuadere ſibi nemo debet ſacram fuiſſe Jovi Ammoni, qui in deſertis Lybiæ colebatur: quid enim Himeræo rei fuiſſet cum iſta trireme, ſed alterius Dei, in Græcia culti, qui etiam Ἄμμων vocabatur. Suidas, Ἄμμων ὄνομα θεοῦ ἑλληνικοῦ: Videturque cultus Athenis. juvat Heſychius, qui eodem nomine feſtum ibi ait fuiſſe: Ἄμμων, ἑορτὴ Ἀθήνησιν ἀγομένη. In ſequentibus apud eundem Petronium legitur. *Itaque Hercules poſtquam manifeſta convaluit.* Gonſalius legit, *Itaque Hercules poſtquam ſpes omnis manifeſto evolavit.* Meurſius, *poſtquam*

maris æſtus invaluit. Ego excidiſſe opinor, τὸ *tempeſtas*, & legendum: *Itaque Hercules poſtquam tempeſtas manifeſta convaluit.* Quod jam ex parte obſervaſſe Ptuſchium vidi: Legit enim *manifeſta.* Nam vox hæc nihil aliud ſignificat, quam augeri, & incrementum ſumere: Ita *convaleſcere plantas* dixit Senec. Epiſt. 2. *annonam* Sueton. cap. 42. pro quo & *invaleſcere*, Ovid. lib. 9. Metam. ℣. 163.

Invaluit vis illa mali ————

Et Sueton. Auguſt. 19. *Invaleſcere conjurationes.* Jul. Firmicus in lib. de Error. Profan. Relig. *Aſperi cibi, amari potus nolentibus ingeruntur, & ſi convaluerit malum, & ignis adhibetur & ferrum.* Quo ex loco inferendum non eſt, ut hoc paucis explicem, medicos veteres partes infectas aduſſiſſe, ſed ignis hic adhibitus, poſtquam ablato pede aliove membro ferrum candens vulneri imponitur ad ſiſtendum ſanguinem. Hæc conjungit etiam Theophylactus l. 2. Inſtit. Reg. c. v. Ἐξορισέον σοι πόνιω καὶ ἐκκοπτέον πάσῃ μηχανῇ καὶ πυρὶ καὶ σιδήρῳ. Jamblichus cap. 8, lib. 1. de vita Pyth. περικοπτέον πυρὶ καὶ σιδήρῳ καὶ μηχαναῖς παντοίαις ἀπὸ μὲν σώματος νόσον, ἀπὸ δὲ ψυχῆς ἀμαθίαν: qui etiam poteſt videri cap. 18. quem locum interpres non intellexit. Interdum *ferri* ſolum mentionem faciunt, ut Plutarchus in Apophtheg. Τὸν γὰρ, ait, ἀγαθὸν στρατηγὸν, ὥσπερ ἰατρὸν ἐσχάτης δεῖσθαι τῆς διὰ τοῦ σιδήρου θεραπείας; & quia hæc curandi

ratio

ratio crudelior videbatur & ſane erat, hinc medicus ſeverus Ἀποτόμος ἰατρὸς dicitur. Docet nos id idem Plutarchus in Apophth. Catonis: αὐτὸς ἐβόα τὸν δῆμον ἀποτόμου χρείαν ἔχειν ἰατροῦ καὶ μεγάλου καθαρμοῦ. *Ipſe clamabat populum ſevero medico indigere, & magno purgamento.* Et omnes qui ſevere caſtigant, ἀποτόμοι vocantur. Zenob. Centur. 4. Proverb. 10. Ζαλεύκου νόμος: ἐπὶ τῶν ἀποτόμων. *Zaleuci lex, de rigidis dictum.* Et rationem reddit hujus Proverbii in ſequentibus, quia ſcilicet Zaleucus Locrenſibus acerbiores leges tulerat, Ζάλευκος γὰρ Λοκροῖς τοῖς Ἐπιζεφυρίοις ὠμότερον ἐνομοθέτησεν. Sed de diverticulo in viam. Legitur in ſequentibus: *Hoc peracto libenter officio, deſtinatum carpimus iter, ac momento temporis in montem ſudantes conſcendimus, ex quo haud procul impoſitam arce ſublimi oppidum cernimus.* Verum arces ſolebant altiori loco & urbibus imponi, non urbes arci, ex quo forte quis figuram dicat eſſe notiſſimam, cujus illuſtre exemplum eſt apud Stat. lib. 1. Achil. ꝟ. 40.

——— *Quid enim cunabula parvo*
Pelion & torvi commiſimus antra magiſtri.

Id eſt, quid parvum Achillem commiſimus Pelio, & antris magiſtri, quæ ei ſunt cunabula: quo pacto defendi poteſt illud Val. Flacci lib. 6. Argon. ꝟ. 262.

Si quis avem ſummi deducat ab arbore rami.

Pro, à ramo ſummi arboris, quo tamen de

verſu videri poteſt Zinzerling. cap. 10. Promul. Critic. Sed hac de figura Petronium hic ne ſomniaſſe quidem credo, ſed ſcripſiſſe: *Impoſitam arcem ſublimem oppido cernimus.* Rurſus, *quid eſt*, inquit, *faſtoſe, ecquid bonam mentem habere cœpiſti?* *Faſtoſus*, licet etiam apud Auctorem carminis ad Piſon. legatur, non placet, cum non videam quomodo homo rebus ſic ſe habentibus *faſtoſus* poſſit dici: cum & illa aliud ſciret, & ille ipſe ſe *veneficio contactum* ſupra dixiſſet: *Quæſo*, inquam, *Regina, noli ſuggilare miſerias: veneficio contactus ſum*, quo tendit etiam tota ejus Epiſtola: Si *faſcinoſe* Latinum eſſet, haud gravate reciperem, nam faſcino contactus fuit, & forte ut à *faſtus faſtoſus*, *odium odioſus*, *aſtrum aſtroſus*, *malus maloſus*, *canus canoſus*, *bonus bonoſus*, *dubius dubioſus*, *ſincerus ſinceroſus*, *ita à faſcinum faſcinoſus*: Verum cum hoc me legiſſe non meminerim, meliori jure emendabam *aſtroſe*. nam infra anus dicit: *Adoleſcentem quem vides malo aſtro natus eſt.* Quod ut clarius pateat, addenda nonnulla de hac opinione veterum ſunt. Credebant enim ſidera vim quandam in corpora ſublunaria habere, & quo ſub ſidere quiſque natus eſſet talem corporis conſtitutionem, ſeu διάθεσιν habere. Auguſtin. lib. v. de Civit. Dei cap. 1. *Illi vero qui poſitionem ſtellarum quodammodo decernentium qualis quiſque ſit, & quid ei proveniat boni, quidve mali accidat, ex Dei voluntate ſuſpendunt, ſi*

eaſdem

eaſdem ſtellas putant habere hanc poteſtatem traditam ſibi à ſumma illius poteſtate, ut volentes iſta decernant, magnam cœlo faciunt injuriam. Et Quintil. Decl. 4. *Omnes ſicut apud ſacræ artis antiſtites conſtat, animæ proprietates & futuras mentium corporumque formas, ex illorum ſiderum qualitate quibus in ortu ſuo cuncta gignuntur accipiunt.* Hanc fuiſſe Chaldæorum ſententiam refert Cenſor. cap. 8. de Die Natal. apud quem Pythagoras cap. 13. *ſtellas vagas*, vel *erroneas*, hanc vim habere dicit, quæ inde κατ' ἐξοχὴν *poteſtates* vocantur. Apulej. lib. 2. Florid. *Nec non quinque cætera vagantium poteſtates*, quod tamen non ita perpetuum eſt, ut non & de aliis ſideribus uſurpetur, quibus ſine dubio quandam etiam vim adſcribebant, ſi credendum Servio ad 2. Æneid. ỷ. 133. *Quia*, inquit, *ſecundum Philoſophos ſidera dicuntur elementa eſſe, & habere proprias poteſtates.* Horum autem ſiderum alia bona, alia mala: Græci ἀστέρας κακοποιοὺς & ἀγαθοποιοὺς vocant. Artem. lib. 3. Oneir. Λέγουσι γὰρ ὅτι οἱ ἀγαποθοιοὶ τῶν ἀστέρων ὅταν μὴ δυνώνται ἀγαθόν τι ποιῆσαι, διά γε τῶν ὀνείρων εὐφραίνουσιν, οἱ δὲ κακοποιοὶ τῶν ἀστέρων, ὅταν μὴ δυνώνται τι κακὸν ποιῆσαι. Latinis *bona* & *mala ſidera*. Mamertinus Genethliacus in Paneg. *Atque inde ſanctitatis veſtræ, omniumque ſucceſſuum manat exordium, quod naſcentes vos ad opem generis humani bona ſidera & amica viderunt.* Propert. lib. 22. Eleg. 21. *Quæ ſit ſtella*

homini commoda, quæque mala. Malo antem ſidere natus, *aſtroſus* dictus. Gloſſ. Iſidori: *Aſtroſus, malo aſtro natus*, qui etiam videatur lib. 10. Etymologiæ. *Quid eſt*, inquit, *aſtroſe ecquid bonam mentem habere cœpiſti?* Ita ſupra: *Mirati ergo quod illi vacaret in vicinia mortis poëma facere, extraximus clamantem, jubemuſque bonam habere mentem.* Id eſt, ſanum ſe oſtendere. *Bona mens* ea dicitur, quæ faſcino non eſt alligata; nam perſuaſum habebant mentes faſcino defigi poſſe, & tunc eas *malas* vocabant. Tibullus lib. 2. Eleg. 6.

Nam ferus ille ſuæ plorabit ſobrius idem,
Et ſe jurabit mente fuiſſe mala.

Et forte fœmina hæc hic ad illud quo viri ſumus alludit, quod officio ſuo deerat; ita & *mala manus* dicitur, quæ aliquem faſcinat. Plaut. Amph. 2, 1, 58. *Huic homini neſcio quid eſt mali mala objectum manu*, cujus loci interpretationem optime petes à ſummo Gronovio lib. 2. Obſervat. cap. 1. qualem manum infra Petronius *iratam* appellat. *Mercurius enim, qui animas ducere & reducere ſolet, ſuis beneficiis reddidit mihi quod manus irata præciderat.* Generaliter autem *Bona mens* eſt, quæ optima quæque ſectatur, quæ fugit vitia, & omne id, unde dedecore & infamia poſſit augeri. Γνώμην ἀγαθὴν Græci vocant non minori elegantia. Euripides Hippol. v. CCXL.

Δύστανος ἐγὼ τί ποτ' εἰργασάμαν,

Ποῖ

Ποῖ παρεπλανήθην γνώμας ἀγαθᾶς,

Infelix ego quidnam feci?

Quo aberravi à ſana mente?

Hanc mentem ut infantibus Dii darent, ea de cauſa Mentem Deam colebant. Auguſtin. lib. 7. cap. 3. de Civit. Dei. *Ibi poſuerunt & mentem Deam, quæ faciat pueris bonam mentem, & inter ſelectos, iſta non ponitur, quaſi quicquam majus præſtari homini poſſit.* Erat enim & hæc Dea: Propert. lib. III. Eleg. XXIII.

Mens bona ſi qua Dea eſt, tua me in ſacraria dono,

Exciderant ſurdo tot mea vota Iovi.

Quod etiam indicat Cato in Diſtichis:

Si Deus eſt animus, nobis ut carmina dicunt,

Hic tibi præcipue ſit pura mente colendus.

Nam inveteratus error eſt, quo hic verſus aliter exponitur: conſtruendus enim eſt, *ſi animus eſt Deus:* Huc tendit totum illud de Moribus carmen, ut oſtendat animum eſſe excolendum, ejuſque rei rationem reddit, quia Deus eſt: credibile enim non eſt eum voluiſſe docere *Deum* eſſe *animum*, quod notum omnibus, ſaltem doctis. Hæc de mente opinio ab utro ortum ſumpſerit ignoratur, cum eam alii Hermotimo, alii Anaxagoræ tribuant. Jamblichus lib. I. de vita Pythagor. cap. 8. ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεὸς, εἴ τε Ἑρμότιμος, εἴ τε Ἀναξαγόρας εἶπε τοῦτο. *Mens nobis Deus ſive Hermotimus, ſive Anaxagoras auctor ſit.* Qua in ſententia

etiam

etiam Euripides, Theon Sophiſta cap. v. Progymnaſm. *οἷον Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς τ̃ νοῦν ἡμῶν ἑκάςου ἔφησεν εἶναι θεόν.* *Quomodo Euripides Poëta mentem noſtram uniuſcujuſque Deum eſſè dixit.* Hinc & Romani Menti Ædem excitarunt. Ovid. 6. Faſtor.

Mens quoque numen habet. Menti delubra videmus
Vota metu belli, perfide Pœne, tui.

Quæ ipſi vota eſt in Capitolio bello Punico ſecundo, ut teſtis Livius lib. 22. Dedicata à T. Octacilio Craſſo, Duumviro ejus rei ergo creato, unoque tantum canali ab Æde Veneris Erycinæ diſcreta.

CAP. XVIII.

Merces eorum apud Athenienſes, qui terram fodiebant, & aliorum qui viliora opera faciebant. Δικελλίτης, πηλοφοροῦντες, εἶναι ἐν γεωργίᾳ. *Æliani locus expoſitus.*

Milites qui terra militabant apud Athenienſes, per diem quatuor obolos habebant, unde Proverbium τετρωβόλου βίος, & τετρωβολίζειν, de quibus poteſt videri Joh. Meurſius lib. 2. Lect. Attic. cap. 8. Unde explicandus inſignis apud Plutarchum locus in Apophth. Lacon. Nam cum Lyſimachus interrogaſſet quendam Laconem, num ex Helotibus eſſet, putas vero, reſpondit, Laconem quen-

quendam ad tuos quatuor obolos venturum: Verba Græca ſic habent. Τῶν περὶ Λυσιμάχῳ στρατευομένων ἐρωτηθεὶς τις ὑπ' αὐτοῦ, μή τις τῶν εἱλώτων ἐστί. Σὺ δ' οἴει (ἔφη) ἐπὶ τὸ περὶ σοῦ τετρώβολον Λάκωνα ἥξειν. Ut videatur id pretium non ſolum Athenis, ſed communiter tunc in Græcia conſtitutum fuiſſe. Sed hoc nunc non ago: adduxi id ſolummodo ut doceam eandem mercedem eorum fuiſſe qui operam ſuam in Attica ad fodiendam terram divitibus condicebant. Timon apud Lucianum, ab amicis deſertus, & ex opulentia in rem anguſtam redactus, adeo ut opus facere cogeretur, has querelas fundit, ὥστε ὑπὸ τῶν κακῶν ἐπὶ ταύτην τὴν ἐσχατιὰν τραπόμενος, ἐναψάμενος διφθέραν, ἐργάζομαι τὴν γῆν, ὑπόμισθος ὀβολῶν τεσσάρων, τῇ ἐρημίᾳ, καὶ τῇ δικέλλῃ προσφιλοσοφῶν ἐνταῦθα. *Tot itaque malis circumvallatus, in partem ruris remotiorem conceſſi, & ſuſpenſo ex humeris rhenone terram colo, quatuor in diem obolis locata opera, hic cum ligone & hac ſolitudine philoſophans.* Plutus apud eundem: οὗτοι δὲ οἱ λάροι τῇ πενίᾳ συνέστωσαν, ἣν προτιμῶσιν ἡμῶν, καὶ διφθέραν παρ' αὐτῆς λαβόντες καὶ δίκελλαν, ἀγαπάτωσαν ἄθλιοι, τέτταρας ὀβολοὺς ἀποφέροντες, οἱ δέκα ταλάντους δωρεὰς ἀμελητὶ προϊέμενοι. *Hi vero fatui cum paupertate uſque & uſque verſantur, quando illam me potiorem ducunt, acceptoque ab ea rhenone & ligone, quatuor obolorum mercedula contenti vivunt, qui decem talentorum munera*

ſic

ſic neglectim abjiciunt. Et qui terram fodit, Δικελλίτης dicitur. Mercurius eodem in libello: διὰ ταῦτα δικελλίτης καὶ διφθερίας, ὡς ὁρᾷς, ἀπολιπὼν ὑπ᾽ αἰσχύνης τὸ ἄστυ, μισθοῦ γεωργεῖ, μελαγχολῶν τοῖς κακοῖς. *Itaque ligone, ut vides, & rhenone inſtructus, urbe præ pudore relicta, agrum mercede conductus arat, tot malis ad inſaniam adactus.* Quam mercedem etiam accipiebant bajuli in ſingulos, ut credo, dies. Ariſtophanes in Heroibus:

Ὀβολῶν δὲ δυοῖν πετιάρων, καὶ τῆς φορᾶς.

Quod fragmentum nobis conſervavit Pollux lib. 7. cap. 26. Onomaſtici. At illud de mercede quod dixi, deſtrui videtur per Ariſtophanem ἐν Ἐκκλησίαις. qui auctor inſtar omnium eſt; Nam ubi de talibus Mercenariis loquitur, trium tantum obolorum mentionem facit.

——— Νυνὶ δὲ τριώβολον
Ζητοῦσι λαβεῖν, ὅταν πράττωσί τι κοινὸν ὥσ-
περ πηλοφοροῦντες. ———

Viden' quid dicat? πηλοφοροῦντας nominat, qui erant viliſſimæ conditionis, cum lutum, purgamenta aliaſque ſordes ex agris videantur tuliſſe: niſi dicamus eos intelligi qui plateas locaque publica verrebant, ſordibuſque purgabant, id quod non obſcure indicat Pollux, dum inter eos qui res ex foro & portu gerunt πηλοφόρους recenſeat: ὑλοφόροι καὶ ὑλοφορεῖν, πλινθοφόροι καὶ πλινθοφορεῖν, πηλοφόροι καὶ πηλοφορεῖν. Suidæ & Scholiaſtæ Ariſtophanis generaliter ſunt χειροτέχναι

ἐργοτέχναι ϰαὶ μισθωτοί. Interpreti *cementarii*, quod etiam non adeo diſplicet, cum antè lapidum fiat mentio, videanturque illi intelligi qui calcem & cementum ad exſtruendas ædes apportant. Præterea illi qui, ut Timon, operas ſuas addicebant agriculturæ, ποιεῖν περὶ τὴν γῆν dicuntur, quia nempe ligone, aratro, aliave re terram vertebant, à quibus diſtincti illi qui εἶναι ἐν γεωργίᾳ dicebantur, quod de iis uſurpatur qui agros & terras poſſidentes, culturam aliis permittunt. Hos ita diſtinguit Ælianus lib. 1. ποικίλης cap. 31. Ὅταν εἰς Πέρσας ἐλαύνῃ βασιλεὺς, πάντες αὐτῷ Πέρσαι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἕκαστος προσκομίζει, ἅτε δὴ ὄντες ἐν γεωργίᾳ, καὶ περὶ γῆν πονούμενοι, καὶ αὐτουργοὶ πεφυκότες. *Cum in Perſis rex equitat, omnes ei Perſæ ſinguli pro ſuis facultatibus, munera offerunt. Nam qui in agricultura ſunt ſeu qui agros poſſident, & qui terræ colendæ operam dant, & opifices neque nimis attrita & vilia, neque nimis precioſa & magnifica donant, ſed aut boves aut oves.*

CAP. XIX.

Κατασκευασαὶ εἰκόνες, κατασκευάσματα, κατασκευάζω *de tabulis pictis. Plutarchus explicatus.*

KΑτασκευασαὶ εἰκόνες quæ fuerint nemo, quod ſciam docuit: Occurrunt hæ apud Plutarchum in Apophth. Narrat Græciæ gentes

tes

tes voluiſſe in clariſſimis urbibus Ageſilao ſtatuas ponere, hunc vero ad eas ſcripſiſſe: Ἐμοῦ μηδεμία εἰκὼν ἔστω, μηδὲ γραπτὴ, μηδὲ πλαστὴ, μηδὲ κατασκευαστή. *Mei ne una quidem ſit imago, neque picta, neque ficta neque conſtructa.* At quæ *conſtructa* ſtatua? ego intelligo lapideam, vel etiam auro, argento, ære, omnique duriore materia conſtantem. Quæ omnia Latinis exprimenda ſunt: Plinius Junior lib. 4. Epiſt. 7. Ubi etiam agit de tribus ſtatuarum differentiis: *Placuit ſtatuas ei & imagines quam plurimas facere; hoc omnibus officinis agit: illum coloribus, illum cera, illum are, illum argento, illum auro, ebore, marmore effingit.* Græce diceres: Τοῦτον γράφει, τοῦτον πλάττει, τοῦτον κατασκευάζει. Ita κατασκευάζειν λιθίνους εἰκόνας dixit Diogenes Laërtius in vita Socratis. Ἔλεγέ τε θαυμάζειν τῶν τὰς λιθίνους εἰκόνας κατασκευαζομένων, τοῦ μὲν λίθου προνοεῖν, ὡς ὁμοιότατος ἔσαι, αὑτῶν δ' ἀμελεῖν, ὡς μὴ ὁμοίως τῷ λίθῳ φαίνεσθαι. Imo omnia opera quæ ex his materiis conſtabant κατασκευάσματα vocabant, ut ſunt vaſa, ollæ, aliæque res quæ in inſtrumento domeſtico ſunt. Rurſum Plutarchus in Apopthegmatibus Laconicis, ubi narrat omnia περισσὰ ſeu ſupervacua ex urbe Lycurgum ejeciſſe, διὸ, pergit, οὔτε ἔμπυρος, οὔτε σοφιστὴς, οὔτε μάντις ἢ ἀγύρτης οὔτε τῶν κατασκευασμάτων δημιουργὸς εἰσῄει εἰς Σπάρτην. *Quare neque mercator, neque rhetor, neque vates circulatorve, neque* κατασκευασμάτων *artifex Spartam ingre-*

ingreditur. Latini vocem non habent, qua illud exprimant. nam *apparatuum artifex*, ut vertit interpres, nihili eſt: Ita autem hunc locum interpretandum docuit me Porphyrius qui lib. 4. Περὶ ἀποχῆς: οὐδὲ ἐσέπλει φόρτος ἐμπορικὸς εἰς τοὺς λιμένας, οὐδ᾽ ἐπέβαινε τῆς Λακωνικῆς οὐ σοφιστὴς λόγων, οὐ μάντις ἀγυρτικὸς, οὐχ ἑταίρων τροφεὺς, οὐ χρυσῶν ἢς οὐ χαλκῶν καλλωπισμάτων δημιουργός: quæ verba optime Plutarchum explicant, & καλλωπίσματα vocat quæ ille κατασκωάσματα. Et hæc quidem propria hujus vocis ſignificatio, abuſive tamen interdum de pictis tabulis dicitur. Zenobius Cent. 4. Prov. 28. Καὶ γὰρ ὁ Βούτης ῥᾳδίως κατεσκεύαστο, ἅτε οὐχ ὁλοκλήρου τοῦ σώματος γεγραμμένου. Nam Butes depictus erat in Stoa Athenis, cujus duntaxat caput & oculi ſpectabantur, reliquæ vero corporis partes, monte, unde eminebat, tegebantur.

CAP. XX.

Phædrus ſemel explicatus, ſæpius correctus: Fauces improbæ: *Gellius correctus*, ætas vieta: Degere alicui, ornari ſibi, *interpres Plutarchi notatus:* Ludi celebrati Numinibus: Furere Deo; mutat *paſſive*, *ut etiam* vertiſſet, moviſſet, *& alia.*

PHædrus lib. 1. Fab. 2.

——— ——— *tunc fauce improba*
Latro incitatus jurgii cauſam intulit.

Lectio hæc eſt à Gebhardo lib. 3. Crep. cap. 6. qui cum aliis, per *fauces* intelligit improbam ventris rabiem: Pithæus formabat *face improba:* Verum ego alteram præfero, & interpretor *magnam*, ut *improba ſtatura*, *improbus homo*, *improbus labor*, *improbitas* & alia: ſignificatque Phædrus lupum diducto ore, & ingenti hiatu (χάσμα Græci vocant) accurriſſe, & intuliſſe cauſam jurgii: Fauces enim nihil aliud ſunt, quam extrema oris pars, in declivum vergens. Virgil. 2. Æneid.

—— —— catulique relicti
Faucibus exſpectant ſiccis. ——

Fab. 29.

Repreſſit iram: & facilis vindicta eſt mihi.

Parvula res neglecta elegantiam ſuſtulit: legendum enim, *En*, *facilis.* τὸ *dixit* omittitur ut Fab. 9.

Lepus ſemianimus mortis in ſolatium:
Qui modo ſecurus noſtra invidebas mala,
Simili querela fata deploras tua.

Et ita *En* plane uſurpatur Fab. 86.

At ille profert ipſum porcellum è ſinu,
Turpemque aperto pignore errorem probans:
En; hic declarat, quales ſitis judices.

Lib. 2. Fab. 32.

—— —— tunc diviſo tergore
Silvas petivit, homini ut acceſſum daret.

Guietus legit *corpore*: nulla cauſa, cum *diviſo tergore* ſit diviſo juvenco, quod fit ſcindendo

& ſin-

& findendo tergore, ut & hodiè lanii facere amant. Fab. 36.

Ætatis mediæ cuidam mulier non rudis
Tegebat, annos celans elegantia.

Tot hic locus medicos, & ſalutares manus expertus eſt, quot fere libellus commentatores: Muerſius excidiſſe quid opinatur, quod non rejicit vir humaniſſimus & doctiſſimus Tanaquillus Faber: Schefferus conſtruit *tegebat annos*: Sed licet ei concedamus *tegebat* pro obtegebat vel occultabat poni, nihil tamen vincet: dum enim τὸ *annos* (pro quo vellet *canos* non infelici conjectura) conſtruit cum *tegebat*, vellem nobis diceret ſenex eruditiſſimus, quo illa *celans elegantia*, referat. Meliori jure Praſchius formabat *quendam mulier non rudis tenebat*, id eſt, animum ejus occupaverat, & devinxerat: & ita alii, quibus & nos ſuffragium noſtrum adjicere tentabimus:

Ætatis mediæ cuidam mulier non rudis
Degebat, annos —— ——

Ætas media eleganter dictum. Sic Plautus: *poſt mediam ætatem, qui mediam ducit uxorem domum, ſi eam ſenex anum prægnantem fortuitu fecerit.* Et ita legit apud Gellium lib. 3. cap. 15. Caſpar. Scioppius lib. v. Suſpect. Lect. Ep. 20. pro quo Lipſius lib. 1. Elect. cap. 21. Mallet *ætate jam exita.* Nam editur vulgo *ætate jam edita:* unde ego leviſſima & fere nulla mutatione formo *viêta.* *Degere autem alicui* eſt in

 ali-

alicujus obſequium. Ita *vivere* apud Terent. Eunuch. 1, 1, 28.

Atque hæc quæ miſit, non ſibi ſoli poſtulat,
Te vivere, & ſua cauſa excludier cæteros.

Adelph. 5. 4, 11. *Sibi vixit, ſibi ſumptum fecit:* qua ratione in Heaut. 2, 3. 47. *ornari ſibi* dixit, quibus ſimile illud Horatii:

Sis pecore & multa dives tellure licebit,
Tibique Pactolus fluat.

Id eſt, in tuum uſum, in tuum commodum: quomodo plane Græci, Plutarchus in Apopth. Lacænarum, ubi narrat Lacænam filium qui ex acie aufugerat interfeciſſe, & in eam hoc Epigramma factum:

Ἔρῥε κακὸν φίτυμα διὰ σκότος, οὗ διὰ μῖσος,
Εὐρώτας δειλαῖς μηδ' ἐλάφοισι ῥέοι.

Male vertitur: *Eurotas cervas ne fluat ad timidas*, ut facile ex iis quæ diximus patet; Quæ locutio cum ſit elegantiſſima, alia exempla adſcribere non gravabor. Virgilius 2. Georg. init.

— — tibi pampineo gravidus autumno
Floret ager — —

docte Servius: *In honorem tuum exultat & lætus eſt. Nam autumnali tempore revera florere non poteſt ager.* Auguſtinus lib. 8. cap. 26. de Civit. Dei: *Quod non ſoleant ludi niſi Numinibus celebrari.* Id eſt, in honorem numinum vel deorum. Gregorius Theologus in Chriſto Domini noſtri miraculis,

Αὐτὰρ

Αὐτὰρ ὅ καὶ νεκύεσσι θάνεν, καὶ ζῶσιν ἀνασσὲς
Χρειστὸς ἄναξ ——— ———

Id eſt, *in commodum & utilitatem mortuorum & viventium.* Apollon. Rhod. lib. 3. Argonaut. v. 558.

Ὦ, πόποι ἦ ῥα γυναιξὶν ὁμόστολοι ἐνθάδ' ἔβημεν.

Huc venimus in mulierum gratiam. Euripid. Med. v. 459.

Ὅμως δὲ κἀκ τῶνδ' οὐκ ἀπειρηκὼς φίλοις
Ἥκω, τὸ σόν γε προσκοπούμενος γύναι.

Ita *furere alicui deo* dicebantur, qui ejus numine erant afflati, quia & tunc honor Deo exhibebatur. Statius 7. Theb. 679.

——— *Quid fœmineis ululatibus*, inquit,
Terrificas moriture viros? utinam ipſe veniret
Cui furis. hæc Tyriis cane matribus, & ſimul haſtam
Expulit. ———

Fab. 72. *Vexata ſævis navi*, &c. ita pleræque editiones, ego hos quatuor verſus lego & diſtinguo:

Vexata ſævis navis tempeſtatibus
Inter vectorum lacrymas, & mortis metus
Faciem ad ſerenam ſubito mutat ut dies,
Ferri ſecundis tuta cepit flatibus.

Mutat autem paſſive ponitur. Salluſt. Jugurth. *Mortis metu mutabant, ſicut regi libuerat.* id eſt, mutabantur. Auctor Dialogi corr. Eloq. cap. 4. *Perturbarer hac tua ſeveritate, niſi frequens ac aſſidua nobis contentio jam prope in*

conſuetudinem vertiſſet, pro verſa eſſet. Sueton. Claud. cap. 22. *Obſervavitque ſedulo ut quoties terra in urbe moviſſet, ferias advocata concione prætor indiceret.* explica, *mota eſſet.* quomodo etiam Gellius lib. 2. cap. 28. & 4. cap. 6. loquitur. Sic apud Tertullianum de Pallio; *De decumanis inquietat: de Paradiſo exterminat, poſitis exuviis novus explicat*, & alia, paſſive ſumenda ſunt. Fab. 82.

Quidnam cinædus ille in conſpectu meo
Audet venire? ———

Diſtinguo: *Quidnam? Cinædus:* Ita enim in admirationibus hac conjunctione utuntur. Cicer. 2. Fam. 8. *Quid? tu me*, &c. Terent. Adelph. 3, 3, 34.

Quid? iſtæc jam penes vos pſaltria eſt?

Finis Libri Secundi.

LIBER

LIBER III.

Caput I.

Beati *dicuntur felices, divites*, Μακάριοι: *in ea voce correctus Auctor carminis ad Piſonem, quem non eſſe Lucanum obiter probatum.*

Beati homines eleganter Auctoribus pro divitibus, & qui in lauta re verſantur ponuntur; cumque hodie fere vox hæc de ſalute animæ ſoleat uſurpari, veteres eam etiam deſcribendis bonis fortunæ adhibuerunt. Cicer. lib. 1. ad Attic. Epiſt. 14. *Prima concio Pompeji qualis fuiſſet, ſcripſi ad te antea, non injucunda miſeris, inanis improbis, beatis non grata, bonis non gravis.* Et lib. eod. Epiſt. 19. *Tu autem beatos homines (hos piſcinarios dico amicos tuos,) non obſcure nobis invidere.* Juvenal. Satyr. 1. ℣. 66.

Et multum referens de Mecœnate ſupino
Signator falſo, qui ſe lautum atque beatum
Exiguis tabulis & gemma fecerat uda.

Hinc *locupletes beatos* dixit Victor Aurelius in Adriano. *Ipſe uti beatis locupletibus mos, Palatia exſtruere, curare epulas, ſigna, tabulas pictas.* Ubi tamen crediderim vel excidiſſe particulam *&* vel ultimam vocem à manu gloſſatoris eſſe, & ab imperitis librariis in textum receptam. Ita

Themiſtius Orat. 16. μακαρίους καὶ πλουσίους conjungit. Εἰ μὲν, ait, ἀπολαβὼν εἶναι τὸ δεῖνα τῶν μακαρίων τε καὶ πλουσίων δοκούντων. Nam & Μακάριος apud Græcos interdum non tam *beatum* quam *felicem*, ſignificat, quare opponitur infelici & miſero. Eurip. Oreſt. ℣. 87.

Σὺ δ' εἶ μακαρία, μακάριος θ' ὁ σὸς πόσις
Ἥκετον ἐφ' ἡμᾶς ἀθλίως πεπραγότας.

Et ſæpius alibi; εὐδαίμονας etiam vocant. Longus lib. 1. ποιμὴν. Ἀγρὸς ἦν ἀνδρὸς εὐδαίμονος: id eſt, *hominis divitis.* Sed ut ad Latinos revertar, legitur & hæc vox apud Auctorem carminis ad Piſonem:

Quis tua cultorum juvenis facunde tuorum
Limina pauper adit, quem non animoſa beatum
Excipit, & ſubito juvat indulgentia cenſu.

Vult dicere, Piſonem egenos ex clientibus bene excepiſſe, & opibus paupertatis ſublevaſſe onera: at talis non poteſt dici *excepiſſe beatum,* cum beatus is ſit, qui dives & opulentus eſt, quare una litterula mutata lego:

—— *Quem non animoſa reatum*
Excipit, & ſubito ———

Ut eos ſublevatos ex clientibus dicat, qui ob magnitudinem æris alieni rei peragebantur. Cæterum carmen illud vulgo Lucano tribuitur, ſed male, ut mea equidem fert ſententia. Nam, ut conſtat, Lucanus dives fuit, & magnis functus honoribus, quippe qui quæſtor fuerat, & gladiatorium munus ediderat, & ſequenti anno adſci-

adſcitus in ſacerdotium. At hic auctor ſe ipſe ut pauperem, & egenum imo ut ignotum celebrat his verſibus.

——— ſupereſt animoſa voluntas
Ipſaque neſcio quid mens excellentius audet.
Tu nanti portende manum: tu, Piſo, latentem
Exſere, nos humilis domus & ſyncera parentum,
Sed tenuis fortuna ſua caligine celat.

CAP. II.

Lucianus in Timone tentatus & emendatus: ὑπερείχω τὴν χεῖρα, defendo. *Idem in peregrino explicatus, & interpres notatus* ἐξαντλέω, fundere verba, fluens cantus.

IN elegantiſſimo Luciani libello qui Timon inſcribitur, quædam ſunt quæ judicium meum remorantur: ad initium introducit Timonem convitiis laceſſentem Deum illum, qui ſumma cœli concutit, quod nempe malos & perjuros nullus puniat, neque illi fulmen Poëtis adeo decantatum metuant: dehinc ſubjungit. οὕτω δαλόν τινα ἐπανατείνασθαι δοκεῖς αὐτοῖς, ὡς πῦρ μὲν, ἢ καπνὸν ἀπ' αὐτοῦ μὴ δεδιέναι· μόνον δὲ τοῦτο οἴεσθαι ἀπολαύειν τοῦ τραύματος, ὅτι ἀναπλησθήσονται τῆς ἀσβόλου. *Ita videris illis titionem jaculari, ut ignem ejus vel fumum non timeant, hocque unum ex vulnere malum accidere ſibi exiſtiment, quod fuligine operiantur.* Huic loco τὸ τραῦμα minus videtur convenire, cum ἀσβόλου ſeu fuligi-

liginis fiat mentio, quare lego καύματος, id eſt, *aduſtione*, quomodo fulmen & fulgur adurere, uſtulare dicuntur, ita ante dixit φλόγα κεραυνοῦ. Jovem ibidem introducit, dicentem ſe fulmen vibraſſe in Anaxagoram Philoſophum, eumque tentatum eſſe à Pericle. Υ'περέχε, inquit, γὰρ αὐτοῦ τὴν χεῖρα Περικλῆς. *Portenta namque manu tutatus eum eſt Pericles*. Quod interpretandum de judicio, nam in eo impietatis accuſatus Anaxagoras à Pericle defenſus eſt diſcipulo ſuo: ὑπερέχε τὴν χεῖρα autem eleganter dixit, quia in orando manus dextra movebatur, & accommodabatur ejus motus ad verba pronuntiantis. Teſtatur id locus elegans Ariſtophanis ἐν Ε'κκλησιαζ. ubi ſalax mulier.

Ε'κεῖνο δ' οὐ πεφροντίκαμεν, ὅτῳ τρόπῳ
Τὰς χεῖρας αἴρειν μνημονεύσομεν τότε
Ε'ιωθυῖαι γὰρ ἐσμὲν αἴρειν τὰ σκέλη.
Illud autem non prævidimus, quonam modo
Manus tollere tunc meminerimus
Quippe non manus, ſed pedes tollere aſſuetæ ſumus.

Iſque apud Græcos in dicendo habitus erat, ut dextrum brachium humero exſererent. Praxagora ibid.

Χαλεπὸν τὸ πρᾶγμ', ὅμως δὲ χειροτονητέον,
Εξωμισάσαις τὸν ἕτερον βραχίονα.
Res illa difficilis eſt, tamen extendendæ manus
Ab humero minantibus brachium.

Quare unius tantum manus mentionem facit Lucia-

Lucianus: apud quem Pluto paulo poſt. Αὖθις οὖν ἀπέλθω παρασίτοις, καὶ κόλαξι καὶ ἑταίραις παραδοθησόμενος. *Redeamne ad eum paraſitis, aſſentatoribus & meretricibus objiciendus?* Ubi emendo ἑταίροις, neque enim meretricum ullibi hic mentio, quas ſine dubio introduxiſſet emunctæ naris homo, non ſecus ac paraſitos, adulatores, alioſque ſocios & amicos Timonis. In libello de Morte peregrini legitur: Ἐπήκουον οὖν τὰ λοιπὰ ἐπαντλοῦντος αὐτοῦ, καὶ θαυμαστάς τινας ὑπερβολὰς διεξιόντος κατὰ τοῦ Προτέως. Quæ verba plane amittunt elegantiam ſi reddantur cum interprete. *Verum exaudiebam reliqua cum verba funderet ac mirificis laudibus Protea extolleret.* Narrat ibi Lucianus, ſe audiviſſe quendam Theagenem φωνῇ μεγάλῃ καὶ τραχείᾳ in trivio virtutes latrantem, & deinde de Proteo ſeu Peregrino dixiſſe: Sane qui clamat voce magna & aſpera, gravate verba, & nonniſi magno cum labore niſuque pronuntiat: *fundere verba* ii dicuntur, qui prompta, facili, atque plena oratione utuntur, ſic *fluentia verba* apud Auctorem carminis ad Piſon. Et *fluens cantus* apud Valer. Flacc. lib. 3. Argonaut. ꝟ. 158, & εὔροια λόγων apud Ælian. lib. 8. cap. 12. ποικ. occurrunt. Vix habent Latini, quo elegantiam illam, quæ in verbis Luciani eſt, exprimant, niſi circumlocutione utantur, ut, *exaudiebam cum magno conatu reliqua dicentem:* quo reſpiciunt etiam illa quæ ſequuntur: Ταῦτα ξὺν πολλῷ

ἱδρῶτι

tis minime impedimento erat: & eo in ſchemate ſeu ſtatu permanſiſſe, δύο νύκτας καὶ τρεῖς ἡμέρας. Ἐπιστὰς hic nihil eſt aliud quam *adſtans navi.* Ita cap. 8. Init. Καὶ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν προσδόμενος ἐκ Συβαρίδος εἰς Κρότωνα περὶ τὸν αἰγιαλὸν δικτυουλκοῖς ἐπέστη. *Adſtans igitur navi; & ſolum interrogans, ſi navigatio in Ægyptum* (dirigeretur) *ipſis annuentibus ingreditur.* Hic verus hujus loci ſenſus eſt, unde apparet in Græco legendum eſſe εἰ εἰς Αἴγυπτον. Illud autem ἐνέβη elegans eſt cum ponatur abſolute. Sic Ἀπόβασις *deſcenſus*, eſt interdum ſine ulla adjectione *deſcenſus è navibus.* Thucyd. lib. 8. Ἀπόβασιν ποιησάμενοι ἐς Πάνορμον τῆς Μιλησίας, id eſt, ait Scholiaſtes ἀποβάντες τῶν νεῶν. Ita ἐσβαίνω apud Apollon. Rhod. lib. 1. Argonaut. ℣. 1275.

——— ὦκα δ᾽ ὁ τῖφυς
Ἐσβαίνειν ὀρόθυνεν ἐπαυρέσθαι τ᾽ ἀνέμοιο.

Et lib. 2. ℣. 901.

Ἠῷοι δ᾽ ἤπειτα δυωδεκάτῳ ἐπέβανον
Ἤματι. ———

Et ἔκβασις apud eundem lib. eod. ℣. 1051.

——— ἐγὼ δ᾽ οὐκ ἔλπομαι ἰοὺς
Τόσσον ἐπαρκέσσειν εἰς ἔκβασιν ———

Ita *conſcendere* apud Ciceron. lib. 9. ad Attic. 2. *Si & Cnæus bene comitatus conſcendiſſet.* Et lib. 6. Epiſt. 8. *Calend. Octob. Epheſo conſcendentes, hanc epiſtolam dedimus.* Ita *exire* apud eundem Epiſt. 8. lib. eod. *In Piraea cum exiſſem,* & apud

apud Quintil. init. Declam. 12. Non *publicis manibus exeuntem diſcerpſimus*. Et *egredi* apud Virgil. 1. Æneid.

Egreſſi optata potiuntur Troës arena.

Quo in verſu explicando hæſitat Donatus ad Terent. Hecyr. 3, 4, 5. Sic non minus eleganter *imponere* dixit Cicero lib. 1. ad Attic. 10. *Signa noſtra & Hermeradas, ut ſcribis, cum commodiſſime poteris imponas*, ſcilicet navi. lib. 15. Epiſt. 10. *Si vero aliquid de Decimo gravius* (ita eſt legendum cum Corrado) *quæ noſtris vita, etiamſi nemo moleſtus ſit? ludos vero non facere quid fœdius? frumentum imponere, quæ eſt alia Dionis legatio.* Ut optime hunc locum privatim explicavit ſummus Gronovius. Dictys Cretenſis lib. 6. init. *Poſtquam impoſitis, quæ ſinguli bello quæſiverant, aſcendere ipſi, ſolutis anchoralibus navigant.* Pro quo *ponere* dixit lib. 1. ad init. *Dein pro tempore Regem breviter conſolatus; poſitis etiam ex diviſione, quæ in tali negotio patiebantur, navem aſcendere facit.*

Cap. VII. Μηδὲν τῶν φαινομένων. Locus interpreti inſanabilis, at mihi facilis videtur, ſi legatur μηδενὶ pro μηδὲν & ἀντιποιεῖσθαι. Illud enim eſt, quod dixit paulo ante, hominibus datam eſſe ſcientiam ſimilem rebus exiſtentibus: & nunc infert, ſcientiam hanc non eſſe contrarium ni iis quæ apparent, ni iis quæ mente ſola percipiuntur.

Cap. XI. Ἑκάστην τὴν ἡλικίαν αὐτῶν συνώνυ-

μον

μον ποιήσεσθαι θεῷ, καὶ καλέσαι τὴν μὲν ἄγαμον κόρην, τὴν δὲ πρὸς ἄνδρα δεδωμένην ...: τὴν δὲ τέκνα γεννησαμένην μητέρα, τὴν δὲ παῖδα ἐκ παίδων ἐπιδοῦσαν κατὰ τὴν Δωρικὴν διάλεκτον Μαῖαν. *Unamquamque ætatem illarum Deo cognominem feciſſe. Ac vocaſſe quidem eam quæ nupta non ſit* κόρην. *Eam vero quæ viro nupſerit ... quæ libros peperit matrem. Aviam vero Dorica lingua Majam.* Hortatur hic Pythagoras fœminas ad pudicitiam & continentiam, quia omnes earum ætates à Deabus denominatæ ſunt. Καὶ, inquit, καλέσαι τὴν μὲν ἄγαμον κόρην, nempe à *Proſerpina*. quæ ita vocata fuit. Τὴν δὲ πρὸς ἄνδρα δεδομένην ... excidit hic vocabulum: interpres putat deeſſe γαμετὴν vel γυναῖκα: ſed putare nihil eſt: ego γαμετὴν reſtituo, ſumpta appellatione à Junone, qui cognominabatur Γαμήλια; ut patet ex Ariſtidis hymno in Jovem. Hinc *Dii Gamelii* apud Auguſt. in libris de Civitat. Dei. Τὴν δὲ τέκνα γεννησαμένην μητέρα, nempe à *matre Deum.* Τὴν δὲ παῖδα ἐκ παίδων ἐπιδοῦσαν Μαῖαν, nempe *à Maja* matre Mercurii: Quo nomine Proſerpina etiam vocata fuit, quippe quæ ſit obſtetrix & alumna. Docet id nobiliſſimus Porphyrii locus lib. 4. de Abſtin. Τῆς δὲ Φερεφάττης, παρὰ τὸ φέρβειν τὴν φάτταν φασὶν οἱ πολλοὶ τοὔνομα τῶν θεολόγων· ἱερὸν γὰρ αὐτῆς ἡ φάττα· διὸ καὶ αἱ τῆς Μαίας ἱέρειαι ταύτην αὐτῇ ἀναπιθέασι. Μαῖα δὲ ἡ αὐτὴ τῇ Φερσεφόνῃ, ὡς ἂν μαῖα καὶ τροφὸς οὖσα. *Proſerpinam* Φερεφάττην ἀπὸ φέρβειν

quod

quod alere & φάτλαν turturem plurimi Theologorum deducunt. Sacrificatur autem ei turtur; ideo & ſacerdotes Majæ eam ipſi dedicant, nam Maja ipſa eſt Proſerpina, ut quæ ſit obſtetrix & alumna. Sed quia hujus in ſuperioribus mentio ad Majam alteram malim hoc referre, quæ eſt una ex Plejadibus, ex qua, ut dixi, & Jove Mercurius genitus eſt: quare *Lucida* vocatur ab ipſo Mercurio in Inſcript. 8. pag. LIII.

SUM. DEUS. ALATIS. QUI. CRURIBUS. AETHERA. CARPO.
QUEM. PEPERIT. SUMMO. LUCIDA. MAJA. JOVI.

Ita & Deæ, quas Ματέρας vocabant, cultæ in oppido Siciliæ quod Ἐγγύιον vocabant, Plutarchus in Marcello. Hic ſenſus & explicatio hujus loci, qui erat difficilior.

Cap. XV. Ἀπήλλακτε μὲν αὐτοὺς τῶν ἡμερινῶν ταραχῶν καὶ ἀἠχημάτων. Locum fœde corruptum ait Arcerius, quem reſtituere conatur, emendando ἐννοημάτων vel ἐνθυμημάτων. Quæ voces quid ſignificent, videndum eſt apud Theonem & Hermogenem. Sed ſi hoc voluit interpres, neſcio quare verterit *moleſtias*. Sed certus ſum legi debere, περιηχημάτων, atque ita loquitur ipſe Jamblichus cap. 25. Ἐπί τε γὰρ δίναις τρεπόμενοι τῶν μεθ' ἡμέραν ταραχῶν καὶ περιηχημάτων, &c. Ἀπηχήματα vocat Iſidorus Peluſiota lib. I. Epiſt. 9. Καὶ ποικίλως περικαλλεστάτην. Nihili hæc ſunt: emenda; Καὶ ποικιλίας περὶ

περὶ καλλιστάτης; & propter pulcherrimam varietatem perfectam.

Cap. XVI. Κατέδειξεν. Verbum hoc in ſequentibus ubique intelligendum, quod fugit interpretem, & propterea ſe hic miſere dedit. περὶ ἢ τὰς ὁμιληκάς. Legendum omnino ὁμηλικὰς, quod male rejicit Arcerius, qui mavult ὁμιλητὰς ut ex ejus verſione patet. Nam Pythagoras hic non docet, quomodo ille erga ſuos diſcipulos ſe gerere debebat, ſed quomodo æqualibus inter ſe agendum ſit. Πολιτῶν μὲν διὰ νομίμτῳ ὑγιὲς. Lego, διὰ νομίμε ὑγιὲς, atque ita plane Gellius lib. 2. cap. 7. Neque ὑγιὲς νόμιμον διεζευγμένον videri poteſt.

Cap. XVIII. Καὶ ἡ λῆψις διὰ δεξιᾶς. Lego, καὶ μὴ λῆψις διὰ δεξιᾶς. Ut ſubaudiatur γένοιτο, vel εἴη, idem enim eſt quod ait lib. 2. Symb. 28. Δεξιὰν μὴ παντὶ ῥαδίως ἔμβαλε. Illud quod ſequitur μηδὲ ἀλεκτρύονα λευκὸν mancum eſt & ſupplendum θύε. Ita Symb. 17. Ἀλεκτρύονα τρέφε μὲν μὴ θύε ἢ: quo ex loco patet legendum præterea hic ἱκέτης γὰρ ἱερὸς τῆ Μήνης. Ait enim dicto loco, Μήνη γὰρ ἢ ἡλίῳ καθιέρωται. Et de ſole teſtatur etiam Jamblichus c. 28. infra. Ἄλλως τε ἢ ὅτι ἱερὸν ἡγεῖτο εἶναι τὸν ἀλεκτρύονα ἡλίῳ. Illud quod ſequitur, εἰς ἱερὸν ἐ δεῖ ἐκτρέπεσθαι, fruſtra tentat Arcerius: nam vult dicere auctor, templum perfunctorie non eſſe ingrediendum, nec quaſi ex diverticulo, ſed ex propoſito: ita enim locum eum, difficiliorem ſane interpre-

tor, cum ſequatur, ὃ γὰρ πάρεργον δεῖ ποιεῖσθαι τὸ θεόν, quod idem etiam nos docet Symbolum 2. οὐδὲ πάρεργον ὅτε εἰσιτέον εἰς ἱερόν: quæ eadem leguntur infra cap. 23.

CAP. IV.

Iamblichus iterum diverſis locis correctus: Ἀγείρειν: Ἀγείρειν τῇ θεῷ: Dea *dicitur* ἐπαιτεῖν & mendicare, *cum Sacerdotes ſtipem colligunt: interpres Luciani notatus:* Χελιδονίσαι, Κορωνίσαι; Ἀγύρται διὰ τροφήν: *Suidæ locus examinatus:* Ἀγείρειν Philoſophorum.

IAmblichus cap. XIX. Ἄβαρις ἀπὸ Ὑπερβορέων ἱερεὺς ὢν ἐκεῖ Ἀπόλλωνος πρεσβύτης καθήκων. Nota ex aliis Abaris Scythæ hiſtoria, quam hic pluribus repetere nihil attinet: Sufficiat dixiſſe locum corruptum, & ex emendatione noſtra reſtituendum: Πρεσβύτης ἀφήκων. Ita Harpocration: καὶ Ἄβαριν ἐξ Ὑπερβορέων Πρεσβύτην ἀφίκεσθαι λέγουσιν. Illud quod ſequitur, ἵνα τὸν ἀργυθέντα χρυσὸν τῷ θεῷ ἀποθῆται, &c. Itidem corruptum eſt, nam legendum eſt ἀγερθέντα: conſtat enim magnam auri vim Abarim à Græcis collegiſſe, ut illud in templo Apollinis Hyperborei deponeret. Hoc ipſo capite: Τὸν δὲ χρυσὸν ὃν συνήγειρε. Et cap. 28. Ἀγείρων χρυσὸν εἰς νεών. Notandum autem diligenter hic Auctorem dicere, ἀγερθέντα τῷ θεῷ. Quomodo etiam Lucianus in Pſeud. ὥσπερ οἱ τῇ μητρὶ ἀγείροντες

ῥοντές τε καὶ ἐνθεάζοντες. Nempe hæc mendicabula non ſibi ſed Diis aliiſve rebus pecuniam colligebant, dicentes, *date ſtipem Deo illi*, qui tunc dicebatur ἐπαιτεῖν ſeu *ipſe ſtipem petere*. Lucianus in Aſino. Κίναιδος γὰρ καὶ γέρων ἦν, τούτων εἷς τῶν τὴν θεὸν τὴν Συρίαν εἰς τὰς κώμας καὶ τοὺς ἀγροὺς περιφερόντων, καὶ τὴν θεὸν ἐπαιτεῖν ἀναγκαζόντων: cujus loci ſenſum non percepit interpres, dum vertit: *Stipem Deæ offerre impellunt*, cum reddendus ſit: *Stipem Deam petere cogunt*. Nam locum illum ſic reddidit Apulejus lib. 8. *Qui per plateas & oppida cymbalis & crotalis perſonantes, deamque Syriam circumferentes mendicare compellunt*. Sic ſacrificuli Iſidis Deæ illi ſtipem cogebant. Suidas in Ἀγείρει, ex antiquo auctore: ὁ δὲ λαθεῖν θέλων, ξυρεῖται τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ γένειον, καὶ στολὴν αἰγυπτίαν ἀναλαβὼν, ἣν οἱ τῆς Ἴσιδος θεραπευτῆρες ἠσθήνται, καὶ σεῖστρον ἐπισείων, καὶ πόλιν ἐκ πόλεως ἀμείβων, καὶ τῇ θεῷ ἀγείρων καὶ ἀναγκαίας τροφὰς, λιμοῦ φάρμακα, ἀγαπητῶς λαμβάνων. *Ille vero latere volens caput barbamque radit, & Ægyptia veſte aſſumpta, qualem Iſidis auctores induti ferunt, & ſiſtrum quatiens & de urbe in urbem proficiſcens Deæ ſtipem colligens, & neceſſaria alimenta, famis remedium blande & animo grato accipiens*. Nec aliter Galli ſacerdotes matris Deum: & Χελιδονισαὶ, pueri nempe qui apud Rhodios circumeuntes ſtipem hirundini colligebant. Heſychius Χελιδονισαὶ οἱ τῇ χελιδόνι ἀγείροντες.

 Quam

Quam rem optime explicat Athenæus lib. 8. Καὶ, inquit, χελιδονίζειν δὲ καλεῖται παρὰ Ῥοδίοις ἀγερμός τις ἄλλος, περὶ οὗ Θέογνίς φησιν ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ θυσιῶν γράφων οὕτως. Εἶδος δέ τι τοῦ ἀγείρειν χελιδονίζειν οἱ Ῥόδιοι καλοῦσιν, ὃ γίνεται τῷ Βοηδρομιῶνι μηνί. Χελιδονίζειν δὲ λέγεται, διὰ τὸ εἰωθὸς ἐπιφωνεῖσθαι.

Ἦλθ' ἦλθε χελιδὼν, καλὰς
Ὥρας ἄγουσα, καὶ καλοὺς ἐνιαυτούς.

Rhodiis etiam χελιδονίζειν *vocabatur aliud mendicandi genus, cujus meminit Theognis libro ſecundo de Sacris quæ Rhodi fiunt, his verbis; Mendicandi ſpeciem quæ fit Martio menſe* χελιδονίζειν *Rhodii vocant, propterea quod mos eſt acclamare,*

Venit tandem, venit hirundo, quæ pulchra
Tempora, & annos adducit pulchros.

Quos verſus pueri inter circumeundum cantabant. A quo more non abit inſtitutum illud, quo apud eoſdem Rhodios *Coronæ* ſtipem colligebant. Nam ſic de iis Pamphilus Alexandrinus apud Athenæum: Κορωνισταὶ δὲ ἐκαλοῦντο, οἱ τῇ Κορώνῃ ἀγείροντες, ὥς φησι Πάμφιλος ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τοῖς περὶ ὀνομάτων. *Coroniſtas, ut ſcribit Pamphilius Alexandrinus libro de vocabulis, nominabant, qui cornici ſtipem emendicabant.* Ita malim vertere, quam *coronæ ſtipem emendicabant*, ad tollendam ἀμφιβολίαν. Illa vero carmina quæ illi canebant κορωνίσματα vocata. Agnocles Rhodius apud eundem: Καὶ

τὰ ᾀδό-

τὰ ᾀδόμενά τε ὑπ᾽ αὐτῶν κορωνίσματα καλεῖται, ὡς ἱστορεῖ Ἀγνοκλῆς ὁ Ῥόδιος ἐν Κορωνισταῖς. Et hinc videtur ortus mos ille inter pueros noſtros uſitatus, qui die S. Martini circumeunt ædes, rogantes ligna, non ſibi, ſed Martino, & modulantes cantilenam non diſſimilem illi, quam χελιδονισταὶ pronuntiabant. Sic & apud Romanos Dii poſſunt dici rogaſſe pecuniam, cum prætor edicebat ut ſtipem illi vel illi Deo conferrent. Livius lib. 25. cap. 12. *Ludos prætor in Circo Maximo cum facturus eſſet, edixit, ut populus per eos ludos ſtipem Apollini, quantam commodum eſſet, conferret.* Hic autem mos colligendi pecuniam ſacer erat, & ab aliis modis, qui nimirum ob vitam tutandam fiebant, diſtinctus. Auctor innominatus apud Suidam in Ἀγείρει. ὁ γὰρ τρόπος ἱερὸς ἦν, καὶ οὐδὲν ἐοικὼς τοῖς ἀγείρουσιν. Ubi nihil neceſſe eſt cum Porto intelligere τῇ θεῷ χρήματα ἀγείρειν: nam Auctor ille, unde hæc Suidas ſumpſit, hæc ſine dubio ſubjecit, quando de tali colligendi ſtipem more egerat, & forte poſtponenda iis quæ ſequuntur: in fine autem videtur deeſſe ἄλλοις, vel ſupplendum διὰ τροφήν. Nam mendicos, ut eos ab honeſtioribus hic diſtinguerent, ἀγύρτας διὰ τροφὴν vocabant. Heliodorus lib. 2. Æthiop. pag. 89. Ἐλευσόμεθα δ᾽ οὖν ὅμως, εἰς πτωχοὺς καὶ τοὺς διὰ τροφὴν ἀγύρτας ἑαυτοὺς μεταπλάσαντες. *Attamen ibimus, mendicos nos eſſe, & eos qui victus quærendi cauſa cum præſtigiis quibuſdam circumaguntur, aſſimulantes.*

tes. Et vox hæc prius honeſta, poſtea infamis quaſi fuit, & de æruſcatoribus, circulatoribus, & aliis ſtipem inhoneſte cogentibus uſurpari ſolita. Gloſſæ: Ἀγύρτης *Circulator*: Ἀγυρτία *circulatorium*. Imo & de iis in uſu fuit, qui veſtes detrahebant. Auctor M. Etymol. Ἀγύρται, λωποδύται, ἐπαῖται, φιλοκερδεῖς. Honeſtiori tamen ſignificatione Ἀγείρειν dicuntur Philoſophi, quando amicos per eorum domos circumeuntes ad acroamata invitabant. Themiſt. Orat. 1. init. ὅτι τοῦ ἡμῖν καινὸν καὶ ἀλλόκοτον καταφαίνεται ἄνδρα τοῦ φιλοσοφίας ὀνόματος ἀξιούμενον χθές τε ἀγείροντα ἑωρᾶσθαι, καὶ νῦν καθήμενον ἐπὶ θρόνου τινὸς ὑψηλοῦ μάλα σοφιστικῶς καὶ σοβαρῶς μέλλοντα ὑμᾶς παρακαλέσεσθαι. *Quod forſitan novum vobis, atque inſolens videatur, hominem Philoſophiæ nomine inſignitum, cum pridie cœtum hominum cogere eſſe viſum, tum in præſentia in ſublimi quodam ſolio conſidentem, ſophiſtice inprimis & arroganter, ſuaque vos oratione & ad clamores excitaturum.* Ubi obſervare licet τὸ χθὲς: nam & ἀγείρειν Sophiſta poteſt dici, cum nullo adhibito ambitu ad orationem habendam venit, quo confluit ſtatim mira hominum vis, atque ita interpretandum Orationis 4. initium: verum hic locus capiendus de præparato, ut ſic loquar, auditorio, quod ipſum de ſe dicere adverſarios ſuos teſtatur Themiſtius Oration. 16.

Sequitur apud Jamblichum: ἀλλ' οὐ δεῖ ἕνεκα

παρὼν

παρὼν λόγ☉. Senſus poſtulat. ἀλλ' ἐ δεῖ ἐκεῖνα λέγειν ὁ παρὼν λόγ☉.

Cap. XX. Πρᾳότητα δὲ καὶ ἡμερότητα τὰ ἐναντία. Hic novam Periodum facit interpres, ſed nihil agit; nam jungenda hæc ſunt præcedentibus, ſi legatur, uti ſcriptum fuit: πρᾳότητι τε καὶ ἡμερότητι τὰ ἐναντία.

CAP. V.

Iamblichus corrigitur. Pythagoras num aliquid ſcripſerit dubitatur. Ἀνάβασις Νείλε. *Interpres Plutarchi notatur.*

CAp. XXVIII. Ἢ περὶ τῶν θεῶν καὶ ὁμοίων. Lego, θεῶν. Καὶ ὁμοίον, ὥσπερ. Atque ita plane pag. 89.

Καὶ ὅμως δὲ τὴν αὐτῶν πραγματείαν ἀξίαντ☉ δόξειεν εἶναι τῷ οἰομένῳ θεὲς εἶναι. Locus hic inter obſcuriſſimos, & qui plurimum torſit interpretem: Ait paulo ante facienda eſſe ea, quibus Deus maxime delectari conſtat, ideoque Pythagoreos ſe in divinationibus exercuiſſe: hinc emendandum cenſeo: Καὶ ὅμως δὲ τὴν αὐτῶν πραγματείαν ἀξιῶντες δόξαν εἶναι. *Et ſimul exiſtimantes harum rerum adminiſtrationem gloriam eſſe illi, qui Deos eſſe putat.*

Οὐκ ἔφη προλέξειν. Lego, ὑποδέχειν, id eſt, *ſuſcipere, admittere.* Τὸ πιςὸν τῷ διδασκομένῳ. Lego δικαζομένῳ. Nam de judiciis agitur.

Οὐ καὶ ἱερὸν διὰ τοῦτο ἐπεγράψαμεν. Atque Jamblichus

blichus non ſcripſit librum hunc, ſed ipſe Pythagoras, vel alius, ut ex ſequentibus patet. Et ex pag. 139. quare emenda: ἐπέγραψά μὲν. *Vel alius* dixi, quia veterum opinio eſt Pythagoram nullos libros reliquiſſe: Lucianus in libello, cui titulus ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος. & ὁ μὲν γε, inquit, θεσπέσιος Πυθαγόρας εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν τῶν αὐτοῦ ἠξίωσεν, &c. *Divinus certe quidem Pythagoras ille, tametſi ipſe nihil proprium ſuorum ſcriptorum nobis relinquere poſt ſe voluerit.*

Κομιδῇ γὰρ νέος ὑπὸ τὸν Πυθαγόρου θάνατον, &c. Locus fœdiſſime depravatus, quem infeliciſſime reddidit Arcerius, ſed ego ſic reſtituo: Κομιδῇ γὰρ νέος ὑπὸ τὸν Πυθαγόρα θάνατον ἀπολελειμμένος ἦν παρὰ Θεανοῖ τῇ μητρί. Fuit enim uxor Pythagoræ Jamblichus cap. 27. quam tamen alii Brontini Crotoniatæ uxorem, Pythagoræ diſcipulam volunt fuiſſe. Diogenes Laërtius; Ἦν δὲ τῷ Πυθαγόρᾳ καὶ γυνὴ, Θεανὼ ὄνομα, Βροντίνου τοῦ Κροτωνιάτου θυγάτηρ: οἱ δὲ, γυναῖκα μὲν εἶναι Βροντίνου, μαθήτριαν δὲ Πυθαγόρου. Epiſtolæ illius, quæ ſequitur initium non minus, belle ſe habet. Περὶ θεῶν Πυθαγόρα τῷ Μνησάρχω τὸ ἐξέμαθον. Hinc nunc ſequitur Epiſtola: Ὀργισθεὶς ἐν Λιβήθροις. Quæ vertuntur: *de Diis ab Pythagora Mneſarcho hoc didici: Cum iratus eſſem in Libethris Thraciis Aglaophemo qui .... poſtremo negotium communicavit.* Quæ ne aſſis quidem æſtimanda: nam Epiſtola incipit per hæc verba

περὶ θεῶν, quæ ſic emendanda ſunt. Περὶ θεῶν Πυθαγόρας ὁ Μνησάρχω τοῦτο ἐξέμαθον, ὀργιασθεὶς ἐν Λιβήθροις τοῖς Θρακίοις Ἀγλαοφάμω τελετὰς μεταδιδόντος. Id eſt. *De diis ego Pythagoras Mneſarchi filius hoc didici, initiatus in Libethris Thraciis Aglaophamo* τελετάς *dante*, id eſt, *initiante.* Nec quem moveant illa ὁ Μνησάρχω & Ἀγλαοφάμω μεταδιδόντος: Sunt enim Dorica, qua lingua Pythagoras cum ſuis utebatur: & nota morem Pythagoreorum, qui in exordienda Epiſtola, vel opuſculo aliquo, ipſo initio nomen ſuum apponebant. Ocellus Lucanus: Τάδε συνέγραψεν Ὤκελλος ὁ Λευκανὸς, περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως: Ad quæ verba videri poteſt Nagarola.

Καὶ τοῖς ἀκωδαῖς. Lego, ἀκουσαῖς: vel, ſi mavis Dorice ἀκωσαῖς: ου enim Dores vertunt in ω, ut, δοῦλος δῶλος, βουλή βωλά, λαλοῦσα λαλῶσα & alia innumera.

Cap. XXIX. Διὰ τοῦ Νείνου προσθέσεις τε καὶ ἀφαιρέσεις. Mirum eſt interpretem non vidiſſe legendum eſſe Νείλου: Ex ejus incrementis & decrementis Geometriam ortam eſſe ait, quia Nilus inundans omnem Ægyptum, agrorum terminos confundebat. Loquitur hac de re etiam Auctor libelli de Fluminibus: δι' ἐμφύλιον γὰρ πόλεμον, inquit, μὴ ἀναβαίνοντος τοῦ Νείλου. Ubi peſſime verſum: *Cum autem ob civile bellum non retrocederet Nilus.* Nam *retrocedere* fluvius dicitur quando, poſtquam inundavit agros, terminos ſibi à Natura conſtitutos repetit,

petit, vel etiam quando in ſe recurrit, ut de Mæandro narrat Vibius Sequeſter, aliique, qui etiam inde initio vocatus eſt Ἀναβαίνων. Auctor de Flumin. Μαίανδρος ποταμὸς τῆς Ἀσίας, ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἀναβαίνων. Id eſt, *Retrogradus*, quia propter flexuoſos curſus ortus ſuos repetere videbatur, καὶ εἰς ἑαυτὸν παλινδρομεῖν. Verum ἀνάβασις Nili eſt, quando ille agros inundat, qua ex inundatione Ægypti fertilitas pendebat, id quod hoc loco dicit Auctor ille: δι' ἐμφύλιον δὲ πόλεμον μὴ ἀναβαίνοντος τοῦ Νείλου, καὶ λιμῷ συνεχομένων τῶν ἐγχωρίων. Sic de Gange loquitur Arrianus ad finem peripli Maris Erythræi: Ἀπόβασίν τε καὶ ἀνάβασιν τὴν αὐτὴν ἔχων τῷ Νείλῳ.

CAP. VI.

Diomedes, Priſcianus ſemel, & Valer. Flaccus ter emendatus; Scioppii conjecturæ rejectæ; Cn. Mattius. Mos Iurandi per ſua infortunia. virgo *pro Medea.*

APud Diomedem lib. I. Cap. *De dubia verborum poſitione* legitur. Apud veteres reperimus *id quo non vultis, noltis, ut eſt apud Lucilium: vultis empta eſt, noltis non empta eſt.* Hocque inter fragmenta Lucilii refert eruditiſſimus Janus Douſa: ſed quo minus credam hoc Lucilii eſſe fragmentum facit Scioppius, qui lib. 4. Suſpect. Lect. cap. ult. *ut eſt in Etheriore*

apud

apud Lucilium activum. Hinc enim colligo nomen auctoris corruptum, legendumque *in Æthrione apud Cæcilium*, vel *Æchrione*, vel *Echione*. Nam titulus variat apud Feſtum, qui poteſt videri in *ora*, *Numero*, *ſentinat*.

Apud Priſcianum lib. 9. pag. 866. *Nimius Caſſius in* XXIII. *Iliad. Nam non connivi oculos ego deinde ſapore.* Sciopp. lib. 5. Suſp. Lect. Epiſt. 1. ait perperam hic legi *Nimium Caſſium*, quem in aliis manuſcriptis *Nunnium*, in aliis *Ninnium Craſſum* vocari videt, & hinc novum nobis Auctorem effingit: ſed certus ſum legi debere *Cnejus Mattius*. Ejus Ilias laudatur etiam à Diomede lib. 1. Grammaticis Poëtam adjungam, cujus duo loci depravati mihi commodum in mentem veniunt. Apud Valer. Flaccum lib. 1. Argonaut. v. 767. uxor Æſonis ſe velle ſequi caſus mariti dicit, cumque illa cum lachrymis protuliſſet,

Me quoque, ait, caſus, comitem, quicunque
propinquat
Accipies, nec fata traham, natumque videbo
Te ſine, &c. ——

Subjungit Poëta:

Talia per lachrymas, & jam circumſpicit Æſon
Præveniat quo fine minas ——

Carrio teſtatur ſcriptos codices habere, *per lachrymans*, quam vocem recte rejicit: mihi tamen veræ lectionis erit indicium, quam puto fuiſſe,

Talia

Talia fert lacrymans ———

Apud eundem lib. 4. v. 138.

Ille virum ut contra venientem, umbrataque vidit

Tempora, Parrhaſio patris de more galero.

Legendum omnino *patria*: hic qui in valle amicum occiſum lamentabatur Græcus fuit, cumque Echionem advenientem tali habitu ornatum vidit, miſericordia motus, monuit ne pergeret, ſed fuga ſe ſalvaret. Rurſus lib. 7. v. 495.

Per te quæ ſuperis, Diviſque potentior imis

Perque hæc ergo tuo redeuntia ſidera nutu,

Atque per has noſtri juro diſcriminis horas.

Quæ verba inde explicanda ſunt; quia veteres per Deos, deinde per inſortunia jurabant; locus elegans apud Scholiaſtem Apollonii ad lib. 2. Argonaut. v. 257. Ἔθος ἦν ἀρχαῖον, πρῶτον θεοὺς ὀμνύναι, εἶτα ἐπάγειν καὶ τὰς ἰδίας συμφοράς. Apud eum ſcilicet Phineus idem facit,

Ἴςω, inquit, Λητοῦς υἱὸς, ὅ με πρόφρων ἐδίδαξε
Μαντοσύνας, ἴςω δὲ δυσώνυμος ἥ μ' ἔλαχεν κήρ.

Et quæ ſequuntur. Sed locus Valerii corruptus eſt, nam calcem vere ſine harena dixeris: τὸ *Ergo* enim hic nequaquam tolerari poteſt, cum plane alienum & adſcititium ſit, quare nullus dubito, quin legi debeat,

Perque hæc, Virgo, tuo redeuntia ſidera nutu.

Per Medeam enim jurat Jaſon, quam ait potentiorem Divis & ſuperis & inferis: Sic paulo ante illa ipſa ſe *virginem* vocat,

— *ſed*

——— ——— *ſed te quoque tangat*
Cura mei quocunque loco, quoſcunque per annos:
Atque hunc te meminiſſe velis, & noſtra fateri
Munera; ſervatam pudeat nec virginis arte.

Horas autem *diſcriminis* unus explicat Gronovius in nunquam ſatis laudatis notis ad Senecam.

CAP. VII.

Apollonius Rhodius tentatus: Βάξις vox antiqua, pro oraculo, ut & Dictio, θεώπρο pro θεαώπρο, θελω̃ pro θεαλω̃. Suidas explicatus: Nicephorus correctus.

Βάξις pro oraculo, ſed raro ponitur, quod venit ab antiquo βάζειν, id eſt loqui, unde Ἄβασος, de quo Suidas, alii. Pro oraculo ſumitur apud Apollon. Rhod. init. Argon.

Δηρὸν δ᾽ οὐ μετ᾽ ἔπειτα τελω̃ κατὰ βάξιν Ἰήσων.

Nec multo poſt tuo congruenter oraculo: quo ſenſu etiam *Dictio* apud Liv. lib. 8. cap. 24. *Accito ab Tarentinis in Italiam, data dictio erat, caveret Acheruſiam aquam, Pandoſiamque urbem: ibi fatis ejus terminum dari.* Sed Apollonii locum quoties conſidero, ſemper mihi ſe offert, quod ancipitem requirat deliberandi curam; cum videre nequeam quo pacto τὸ τελω̃ locum ſuum tutari poſſit, incompoſitum plane quid & *tuam* ſecum trahens: Neque enim Apollonius

tes. Et vox hæc prius honeſta, poſtea infamis quaſi fuit, & de æruſcatoribus, circulatoribus, & aliis ſtipem inhoneſte cogentibus uſurpari ſolita. Gloſſæ: Ἀγύρτης *Circulator*: Ἀγυρτία *circulatorium*. Imo & de iis in uſu fuit, qui veſtes detrahebant. Auctor M. Etymol. Ἀγύρται, λωποδύται, ἐπαῖται, φιλοκερδεῖς. Honeſtiori tamen ſignificatione Ἀγείρειν dicuntur Philoſophi, quando amicos per eorum domos circumeuntes ad acroamata invitabant. Themiſt. Orat. 1. init. ὅτι που ἡμῖν καινὸν καὶ ἀλλόκοτον καταφαίνεται ἄνδρα τῷ φιλοσοφίας ὀνόματι ἀξιούμενον χθές τε ἀγείροντα ἑωρᾶσθαι, καὶ νῦν καθήμενον ἐπὶ θρόνου τινὸς ὑψηλοῦ μάλα σοφιστικῶς καὶ σοβαρῶς μέλλοντα ὑμᾶς προσκαλέσασθαι. *Quod forſitan novum vobis, atque inſolens videatur, hominem Philoſophiæ nomine inſignitum, cum pridie cœtum hominum cogere eſſe viſum, tum in præſentia in ſublimi quodam ſolio conſidentem, ſophiſtice inprimis & arroganter, ſuaque vos oratione & ad clamores excitaturum*. Ubi obſervare licet τὸ χθὲς: nam & ἀγείρειν Sophiſta poteſt dici, cum nullo adhibito ambitu ad orationem habendam venit, quo confluit ſtatim mira hominum vis, atque ita interpretandum Orationis 4. initium: verum hic locus capiendus de præparato, ut ſic loquar, auditorio, quod ipſum de ſe dicere adverſarios ſuos teſtatur Themiſtius Oration. 16.

Sequitur apud Jamblichum: ἀλλ' οὐ δεῖ ἕνεκα

παρὼν

παρῶν λόγος. Senſus poſtulat. ἀλλ' οὐ δεῖ ἐκεῖνα λέγειν ὁ παρὼν λόγος.

Cap. XX. Πρᾳότητα δὲ καὶ ἡμερότητα τὰ ἐναντία. Hic novam Periodum facit interpres, ſed nihil agit; nam jungenda hæc ſunt præcedentibus, ſi legatur, uti ſcriptum fuit: πρᾳότητι τε καὶ ἡμερότητι τὰ ἐναντία.

CAP. V.

Iamblichus corrigitur. Pythagoras num aliquid ſcripſerit dubitatur. Ἀνάβασις Νείλου. *Interpres Plutarchi notatur.*

CAp. XXVIII. Ἢ περὶ τῶν θεῶν καὶ ὁμοίων. Lego, θεῶν. Καὶ ὁμοίον, ὥσπερ. Atque ita plane pag. 89.

Καὶ ὅμως δὲ τὴν αὐτῶν πραγματείαν ἀξίαντος δόξειεν εἶναι τῷ οἰομένῳ θεοὺς εἶναι. Locus hic inter obſcuriſſimos, & qui plurimum torſit interpretem: Ait paulo ante facienda eſſe ea, quibus Deus maxime delectari conſtat, ideoque Pythagoreos ſe in divinationibus exercuiſſe: hinc emendandum cenſeo: Καὶ ὅμως δὲ τὴν αὐτῶν πραγματείαν ἀξιῶντες δόξαν εἶναι. *Et ſimul exiſtimantes harum rerum adminiſtrationem gloriam eſſe illi, qui Deos eſſe putat.*

Οὐκ ἔφη πολέξειν. Lego, ὑποδέχειν, id eſt, *ſuſcipere, admittere.* Τὸ πιςὸν τῷ διδασκομένῳ. Lego δικαζομένῳ. Nam de judiciis agitur.

Οὐ καὶ ἱερὸν διὰ τοῦτο ἐπεγράψαμεν. Atque Jamblichus

blichus non ſcripſit librum hunc, ſed ipſe Pythagoras, vel alius, ut ex ſequentibus patet. Et ex pag. 139. quare emenda: ἐπέγραψα μὲν. *Vel alius* dixi, quia veterum opinio eſt Pythagoram nullos libros reliquiſſe: Lucianus in libello, cui titulus ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος. & ὁ μὲν γε, inquit, θεσπέσιος Πυθαγόρας εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν τῶν αὐτοῦ ἠξίωσεν, &c. *Divinus certe quidem Pythagoras ille, tametſi ipſe nihil proprium ſuorum ſcriptorum nobis relinquere poſt ſe voluerit.*

Κομιδὴ γὰρ νέος ὑπὸ τὸν Πυθαγόραν θάνατον, &c. Locus fœdiſſime depravatus, quem infeliciſſime reddidit Arcerius, ſed ego ſic reſtituo: Κομιδῆ γὰρ νέος ὑπὸ τὸν Πυθαγόρα θάνατον ἀπολελειμμένος ἦν παρὰ Θεανοῖ τῇ μητρί. Fuit enim uxor Pythagoræ Jamblichus cap. 27. quam tamen alii Brontini Crotoniatæ uxorem, Pythagoræ diſcipulam volunt fuiſſe. Diogenes Laërtius; Ἦν δὲ τῷ Πυθαγόρᾳ καὶ γυνὴ, Θεανὼ ὄνομα, Βροντίνου τοῦ Κροτονιάτου θυγάτηρ: οἱ δὲ, γυναῖκα μὲν εἶναι Βροντίνου, μαθήτριαν δὲ Πυθαγόρου. Epiſtolæ illius, quæ ſequitur initium non minus, belle ſe habet. Περὶ θεῶν Πυθαγόρα τῷ Μνησάρχῳ τὸ ἐξέμαθον. Hinc nunc ſequitur Epiſtola: Ὀργισθεὶς ἐν Λιβήθροις. Quæ vertuntur: *de Diis ab Pythagora Mneſarcho hoc didici: Cum iratus eſſem in Libethris Thraciis Aglaophemo qui .... poſtremo negotium communicavit.* Quæ ne aſſis quidem æſtimanda: nam Epiſtola incipit per hæc verba

περὶ θεῶν, quæ ſic emendanda ſunt. Περὶ θεῶν Πυθαγόρας ὁ Μνησάρχω τοῦτο ἐξέμαθον, ὀργιασθεὶς ἐν Λιβήθροις τοῖς Θρακίοις Ἀγλαοφάμω τελετὰς μεταδιδόντος. Id eſt. *De diis ego Pythagoras Mneſarchi filius hoc didici, initiatus in Libethris Thraciis Aglaophamo* τελετάς *dante*, id eſt, *initiante*. Nec quem moveant illa ὁ Μνησάρχω & Ἀγλαοφάμω μεταδιδόντος: Sunt enim Dorica, qua lingua Pythagoras cum ſuis utebatur: & nota morem Pythagoreorum, qui in exordienda Epiſtola, vel opuſculo aliquo, ipſo initio nomen ſuum apponebant. Ocellus Lucanus: Τάδε συνέγραψεν Ὤκελλος ὁ Λευκανὸς, περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως: Ad quæ verba videri poteſt Nagarola.

Καὶ τοῖς ἀκωδαῖς. Lego, ἀκουσταῖς: vel, ſi mavis Dorice ἀκωσταῖς: ου enim Dores vertunt in ω, ut, δοῦλος δῶλος, βουλὴ βωλά, λαλοῦσα λαλῶσα & alia innumera.

Cap. XXIX. Διὰ τοῦ Νείνου προσθέσεις τε καὶ ἀφαιρέσεις. Mirum eſt interpretem non vidiſſe legendum eſſe Νείλου: Ex ejus incrementis & decrementis Geometriam ortam eſſe ait, quia Nilus inundans omnem Ægyptum, agrorum terminos confundebat. Loquitur hac de re etiam Auctor libelli de Fluminibus: δι' ἐμφύλιον δὲ πόλεμον, inquit, μὴ ἀναβαίνοντος τοῦ Νείλου. Ubi peſſime verſum: *Cum autem ob civile bellum non retrocederet Nilus.* Nam *retrocedere* fluvius dicitur quando, poſtquam inundavit agros, terminos ſibi à Natura conſtitutos re-

 petit,

petit, vel etiam quando in ſe recurrit, ut de Mæandro narrat Vibius Sequeſter, aliique, qui etiam inde initio vocatus eſt Ἀναβαίνων. Auctor de Flumin. Μαίανδρος ποταμὸς τῆς Ἀσίας, ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἀναβαίνων. Id eſt, *Retrogradus*, quia propter flexuoſos curſus ortus ſuos repetere videbatur, καὶ εἰς ἑαυτὸν παλινδρομεῖν. Verum ἀνάβασις Nili eſt, quando ille agros inundat, qua ex inundatione Ægypti fertilitas pendebat, id quod hoc loco dicit Auctor ille: δι' ἐμφύλιον δὲ πόλεμον μὴ ἀναβαίνοντος τοῦ Νείλου, καὶ λιμῷ συνεχομένων τῶν ἐγχωρίων. Sic de Gange loquitur Arrianus ad finem peripli Maris Erythræi: Ἀπόβασίν τε καὶ ἀνάβασιν τὴν αὐτὴν ἔχων τῷ Νείλῳ.

CAP. VI.

Diomedes, Priſcianus ſemel, & Valer. Flaccus ter emendatus; Scioppii conjecturæ rejectæ; Cn. Mattius. Mos Iurandi per ſua infortunia. virgo *pro Medea.*

Apud Diomedem lib. I. Cap. *De dubia verborum poſitione* legitur. Apud veteres reperimus *id quo non vultis, noltis, ut eſt apud Lucilium: vultis empta eſt, noltis non empta eſt.* Hocque inter fragmenta Lucilii refert eruditiſſimus Janus Douſa: ſed quo minus credam hoc Lucilii eſſe fragmentum facit Scioppius, qui lib. 4. Suſpect. Lect. cap. ult. *ut eſt in Etheriore*

apud

apud Lucilium activum. Hinc enim colligo nomen auctoris corruptum, legendumque *in Æthrione apud Cæcilium*, vel *Æchrione*, vel *Echione*. Nam titulus variat apud Feſtum, qui poteſt videri in *ora*, *Numero*, *ſentinat*.

Apud Priſcianum lib. 9. pag. 866. *Nimius Caſſius in* XXIII. *Iliad. Nam non connivi oculos ego deinde ſapore*. Sciopp. lib. 5. Suſp. Lect. Epiſt. 1. ait perperam hic legi *Nimium Caſſium*, quem in aliis manuſcriptis *Nunnium*, in aliis *Ninnium Craſſum* vocari videt, & hinc novum nobis Auctorem effingit: ſed certus ſum legi debere *Cnejus Mattius*. Ejus Ilias laudatur etiam à Diomede lib. 1. Grammaticis Poëtam adjungam, cujus duo loci depravati mihi commodum in mentem veniunt. Apud Valer. Flaccum lib. 1. Argonaut. v. 767. uxor Æſonis ſe velle ſequi caſus mariti dicit, cumque illa cum lachrymis protuliſſet,

Me quoque, ait, caſus, comitem, quicunque propinquat
Accipies, nec fata traham, natumque videbo
Te ſine, &c. ———

Subjungit Poëta:

Talia per lachrymas, & jam circumſpicit Æſon
Præveniat quo ſine minas ———

Carrio teſtatur ſcriptos codices habere, *per lachrymans*, quam vocem recte rejicit: mihi tamen veræ lectionis erit indicium, quam puto fuiſſe,

Talia

Talia fert lacrymans ——

Apud eundem lib. 4. v. 138.

Ille virum ut contra venientem, umbrataque vidit

Tempora, Parrhaſio patris de more galero.

Legendum omnino *patria*: hic qui in valle amicum occiſum lamentabatur Græcus fuit, cumque Echionem advenientem tali habitu ornatum vidit, miſericordia motus, monuit ne pergeret, ſed fuga ſe ſalvaret. Rurſus lib. 7. v. 495.

Per te quæ ſuperis, Diviſque potentior imis

Perque hæc ergo tuo redeuntia ſidera nutu,

Atque per has noſtri juro diſcriminis horas.

Quæ verba inde explicanda ſunt; quia veteres per Deos, deinde per inſortunia jurabant; locus elegans apud Scholiaſtem Apollonii ad lib. 2. Argonaut. v. 257. Ἔθος ἦν ἀρχαῖον, πρῶτον θεοὺς ὀμνύναι, εἶτα ἐπάγειν καὶ τὰς ἰδίας συμφοράς. Apud eum ſcilicet Phineus idem facit,

Ἴςω, inquit; Λητοῦς υἱὸς, ὅ με πρόφρων ἐδίδαξε.

Μαντοσύνας, ἴςω δὲ δυσώνυμος ἥ μ' ἔλαχεν κήρ.

Et quæ ſequuntur. Sed locus Valerii corruptus eſt, nam calcem vere ſine harena dixeris: τὸ *Ergo* enim hic nequaquam tolerari poteſt, cum plane alienum & adſcititium ſit, quare nullus dubito, quin legi debeat,

Perque hæc, Virgo, tuo redeuntia ſidera nutu.

Per Medeam enim jurat Jaſon, quam ait potentiorem Divis & ſuperis & inferis: Sic paulo ante illa ipſa ſe *virginem* vocat,

— *ſed*

——— ——— *ſed te quoque tangat*
Cura mei quocunque loco, quoſcunque per annos:
Atque hunc te meminiſſe velis, & noſtra fateri
Munera; ſervatam pudeat nec virginis arte.

Horas autem *diſcriminis* unus explicat Gronovius in nunquam ſatis laudatis notis ad Senecam.

CAP. VII.

Apollonius Rhodius tentatus: Βάξις vox antiqua, pro oraculo, ut & Dictio, θεώπρος pro θειώπρος, θελω pro θειλω. Suidas explicatus: Nicephorus correctus.

BΑ'ξις pro oraculo, ſed raro ponitur, quod venit ab antiquo Βάζειν, id eſt loqui, unde Α'βασος, de quo Suidas, alii. Pro oraculo ſumitur apud Apollon. Rhod. init. Argon.

Δηρὸν δ' ȣ μετ' ἔπειτα τελω κατὰ βάξιν Ι'ήσων.

Nec multo poſt tuo congruenter oraculo: quo ſenſu etiam *Dictio* apud Liv. lib. 8. cap. 24. *Accito ab Tarentinis in Italiam, data dictio erat, caveret Acheruſiam aquam, Pandoſiamque urbem: ibi fatis ejus terminum dari.* Sed Apollonii locum quoties conſidero, ſemper mihi ſe offert, quod ancipitem requirat deliberandi curam; cum videre nequeam quo pacto τὸ τελω locum ſuum tutari poſſit, incompoſitum plane quid & *tuam* ſecum trahens: Neque enim Apollonius

nius alloquitur Peliam, ſed, ut res geſta eſt, narrat: an *τεὴν βάξιν* dicemus oraculum quod tibi latum & datum eſt? ſed eo pacto longe melius ſcriberetur *σεὴν*, id eſt, *ſuam:* ſed hæ conjecturæ ſunt: arbitror autem unius litterulæ mutatione difficultatem poſſe tolli, & legendum eſſe, *θεὴν*, id eſt, *divinam*, pro *θείην*: nam & *θεώτερος* apud Dionyſ. Alexandr. legitur.

—— —— *Οὐκ ἂν ἐκείνου*
Νηὸν ἐν ἀνθρώποισι θεώτερον ἄλλον ἴδοιο
Οὐδὲ μὲν ἀφνειὴν ἑτέρην πόλιν. ——

Et quia hic de oraculo agitur, non injucundum fore reor, ſi his annectam verſum quendam, qui apud Nicephorum corruptiſſime legitur: Somnia ille quidem tractat, ſed & illa oraculi vicem nonnunquam obtinuerunt, cum ea à Diis immitti credebantur. Legitur hic verſus apud Nicephorum,

Κλεῖδας κατέχειν συνθεσιν ἔχει τόπων.

Claves tenere cohibitionem ſignificat locorum. Ut vertit Rigaltius: at ego hic nullum ſenſum video, quare diu eſt, ex quo emendarim.

Κλεῖδας κατέχειν συνθεσιν ἔχει τρόπων.

Et ſenſum hunc expiſcatus ſum: Si puer vel maxime puella in manibus habere claves ſibi viſus viſave fuerit, eum eamve optimis moribus fore præditam: & reſpicitur forte ad Venerem puellarem: tales enim quæ hoc ſibi ſomnio imaginantur, difficiles futuras, nec oculis ve-

nantes

nantes viros. Atque ita hunc verſum legi apud Suidam in κλειγχύης poſtea deprehendi, niſi quod pro ἔχει meliori ſenſu legatur δηλοῖ, ut,

Κλεῖδας κρατεῖν ἢ σιώθεσιν δηλοῖ τρόπων.

Ubi vertit Portus, *Claves tenere compoſitionem ſignificat morum:* malim, *mores compoſitos*; cum compoſitio morum ejus ſit, qui eos ordinat, quod Cenſorum alteriuſve Magiſtratus ei rei deſtinati proprium. Imo & hic verſus ita plane legitur apud Aſtrampſychum, quare eum ſic recipere & emendare non dubito: ſi quid autem his in verbis explicandis erraverim, credo paratam veniam: Oneirocriticam enim non profiteor, nec augurum nec Mathematicorum diſciplinas novi, cælumve curo.

CAP. VIII.

Veſtitus Lenonum, Meretricum, & Eunuchorum apud Athenienſes: item ſervorum: ἄνθος, flos *de purpura. Interpres Pollucis duobus locis notatus:* Ἀναβάλλειν *vox Athenienſium. Lucianus explicatus:* Mitra, vittæ: *coronæ poſteriorum imperatorum* Πυραμίδες *vocatæ: Frigum, Ferecides, Palefatus*, F. *pro* PH. *mulieres Athenienſium tinctis initio tunicis non utebantur, quod mutatum:* φάλα, φάλαρα *quo nomine apud nos vocentur.*

FLos apud Latinos eleganter de purpura dicitur: Plinius: *Sed purpuræ florem illum in tingen-*

tingendis expetitum veſtibus, *in mediis habent faucibus*: & ſimili plane modo ἄνθος apud Græcos Themiſt. Orat. 1. Ἢ πρὸς Διοὶ, εἰ μὲν τις χρυσίον ὑπόχαλκον ἢ πορφύραν ἐψευσμένην τὸ ἄνθος, ἢ λίθον ἐπιβουλεύσας εἰς τὴν ἀγορὰν ὑμῖν εἰσαγάγοι, ὀργιεῖσθέ τε καὶ οὐκ ἀνέξεσθε, ἀλλ' ὡς κακοῦργόν τινα καὶ παλίμβολον μαστιγοῦν παραδώσετε τῷ τεταγμένῳ. Et Brevium Scholiorum Auctor ad Homer. Iliad. 2. φοίνικι φαεινόν interpretatur φοινικῷ ἄνθει βεβαμμένον. Apud Suidam in Δευσοποιός hæc leguntur: Δευσοποιὸς βαφεύς. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἐμμόνον καὶ δυσαπόπλυτον κυρίως μὲν ἐπὶ τῆς πορφύρας λέγεται τὸ ὄνομα τὸ ἔμμονον καὶ ἀνέκπλυτον ἐχούσης τὸ ἄνθος τῆς βαφῆς. Non fugit uſus hujus vocis interpretem Pollucis, dum lib. 4. cap. 8. ἀνθεινὸν περιβόλαιον vertit *amiculum ſplendidum*: nam ἄνθος ſignificat in purpura *ſplendorem*: ſed parum, ut reor quidem, commode, quod facile ſi id de quo loquitur Pollux, conſideretur, patebit. Πορνοβοσκοὶ, ait, δὲ χιτῶνι βαπτῷ καὶ ἀνθεινῷ περιβολαίῳ ἐνδέδονται, καὶ ῥάβδον εὐθεῖαν φέρουσιν, ἄρεσκον καλεῖται ἥδε ἡ ῥάβδος. Περιβόλαιον eſt *amiculum*, ſeu *amictus*, ſeu, ut utar verbo notiori *pallium*. Nam *amicire* & περιβάλλειν proprie de veſtibus dicuntur, quæ circumjiciuntur, quales pallia. Hinc *anabolæon* ab Iſidoro exponitur, *amictorium lineum fœminarum*: quod venit ab Attico ἀναβάλλειν: Athenienſes enim ita pro περιβάλλειν dicebant. Suidas: Ἀναβάλλεσθαι δὲ τὸ ἱμάτιον οἱ Ἀττικοὶ οὐ περι-

περιβάλλεσθαι λέγουσιν; & hinc Ἀναβολὴ pro Palla fœminarum apud Ælian. lib. 7. cap. 9. Ποικίλ. Verum τὸ ἀνθεινὸν hic interpretari debet *floridum*, id eſt, pallium ex variis coloribus contextum, quales veſtes Lenonum; ut docet hoc loco Pollux, Meretricum ſervorumque propriæ: Lex enim fuit Athenis, qua meretrices, ut à matronis diſtinguerentur, floridas veſtes geſtare jubebantur: Meminit ejus Suidas: Νόμος Ἀθήνησι τὰς ἑταίρας ἄνθινα φορεῖν: Unde explicandus Lucianus in Nigrino, ubi narrat quendam introiiſſe theatrum indutum veſte varia eumque irriſum eſſe ab omnibus, qui dicebant: ἔαρ ἤδη, καὶ πόθεν ὁ ταὼς οὗτος, καὶ τάχα τῆς μητρός ἐστιν αὐτοῦ. *Ver eſt, & unde nobis pavo hic, & fortaſſe matris ipſius hæc eſt.* Quo ſine dubio urbani illi reſpiciebant. hac autem lege ſervi, lenones aliique publicarum libidinum miniſtri tenebantur. De ſervis quidem teſtatur Aſterius Homil. ult. Ἔγνων ἐγὼ γυναῖκα, καὶ τὴν κόμην καίρασαν, καὶ ἀνδρικὴν περιθεμένην ἐσθῆτα, καὶ ταύτην ἀνθεινὴν, ἵνα ἀνδρὸς φεύγοντος καὶ κρυπτομένου μὴ χωρισθῇ. Δοῦλος γὰρ εἶναι δοκοῦσα, ἀληθῶς δουλεύει τῷ πάθει. *Novimus ipſi mulierem, quæ attonſa coma veſtem virilem, eamque floridam induit, ut ne virum fugientem latentemque deſerere cogeretur. Ita cum ſervitutem ſervire videatur, affectui vere ſervit:* quem locum debeo Alberto Rubenio lib. 1. cap. 1. de Lato clavo. De lenonibus Donatus in Comment. de

Comœdia & Tragœdia. *Leno pallio varii coloris utitur*, immerito ob id reprehenſus à doctiſſimo Rei veſtiariæ ſcriptore Ferrario parte II. Liv. IV. cap. 2. Quo refer ornatum Eunuchi Terentiani Act. 9. Sc. 4, 16.

——— ——— *ita viſus eſt*,

Dudum, quia varia veſte exornatus fuit.

Meretrices præterea illud quod capiti imponebant, varii erat coloris. Pollux lib. 4. cap. 19. Ἡ δὲ διάμιτρος ἑταίρα, Ποικίλη τὴν κεφαλὴν καταείληπται. *Sed redimita meretrix variegata vitta caput velat.* Quæ verſio ſuas quoque difficultates trahit, cum *vitta* apud Romanos matronarum propriæ fuerint. Servius ad 7. Æneid. ✝. 403. *Quæ* (vittæ) *ſolarum matronarum erant, nam meretricibus non dabantur.* Quare ego *mitram* interpretor, quæ non multum diverſa à palliolo & cucullo fuit: de eo ita Serv. ad 9. Æneid. *Alii mitras meretricum eſſe voluerunt:* quæ nihil aliud quam *Calantica.* ibid. *Nam pilea virorum ſunt, mitra fœminarum quas Calanticas vocant:* Videntur tamen mitræ non ita largæ fuiſſe, cum vox hæc Græcis pro diademate, quod faſciam & albo diſtinctam conſtat fuiſſe, ponatur. Callim. Hym. in Del. ✝. 166. ubi recte Scholia exponunt, Βασιλείαν καὶ ἀρχήν. Poſterior ætas *Frigium* vocavit Gloſſ. Iſidori: *Frigium mitra:* addit deinde exemplum ex Auctore qui Conſtantini vitam deſcripſit: *Frigium candido ſplendore ejus ſacratiſſimo capiti impoſuimus.*

mus. Quod tamen à Diademate veterum diſtinctum reor, cum illo tempore tiaras turbinatas, quas *πυραμίδας* vocant, geſtarint. Georgius Logotheta in Chron. Conſtantinop. ubi ait pacem inter Regem & Johannem conveniſſe, his conditionibus, ut deponeret rubra talaria, & pyramidem ſeu pileum turbinatum margaritis diſtinctum; quæ erant regum inſignia. Καὶ τὰ μὲν ἐρυθρὰ πέδιλα ἀπεβάλλετο, καὶ τὴν περιμάργαρον πυραμίδα, εἰς ἣν καὶ λίθος ὑπερκάθηται κόκκινος, ἃ βασιλικὰ σύμβολα. Quibus in verbis obſerva margaritas & lapidem illum κόκκινον inſerviiſſe, ut Imperatorem à reliquis diſtinguerent. nam & provectiores Aulici ea pileorum forma utebantur, cum juniores nudis eſſent capitibus. Id docet nos Nicephorus Gregoras fine lib. x I. Περί γε μὲν τῆς ἐπὶ κεφαλῆς καλύπτρας ἐπὶ τῶν πρότερον βασιλείων ἔθος, τοὺς μὲν χρόνῳ προβεβηκότας ἐν τοῖς βασιλείοις χρῆσθαι καλύπτραις πυραμίδος μὲν ἐχούσαις σχῆμα, σηρικοῖς δ᾽ ἐνδύμασι κατὰ τὸ ἀνάλογον ἑκάστῳ ἀξίωμα καλυπτομέναις. Ὅσοι δὲ ἐν ἡλικίᾳ, τούτους δὲ πάντας καθάπαξ ἀκάλυπτον ἔχειν τὴν κεφαλήν. *Frigium* autem ſubintellige *pileum*: nam adjectivum hoc eſſe ex illo loco Juvenalis, & *Phrygia veſtitur bucca tiara*, recte probat ὁ πάνυ Salmaſ. ad Hiſtor. Auguſt. Scribitur autem per F. in Iſidori Gloſſis, ut & antiquitus factum fuit. Nam *Fruges* non *Phryges* in Ennii libris reperiri teſtis Cicero in Oratore: ità & *Ferecides*

pro *Pherecydes*, *Palefatus* pro *Palæphatus*, *Epafus*, *Frigia*, *Frigibus*, *faron* pro *pharon*, apud Servium leguntur. Et Latini veteres *ph* ignorabant, ſic ἔφω, ἔφυς, ἔφυ *fui*, *fuiſti*, *fuit*. Sed pergamus: Athenienſium autem mulieres initio ne quidem tinctis quocunque colore tunicis utebantur. Ælian. lib. 7. ποικ. cap. 9. Εἶτα οὐκ ἔστι σωφροσύνη μεγάλη; ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, εἴγε καὶ ἡ Φωκίωνος γυνὴ, τὸ Φωκίωνος ἱμάτιον ἐφόρει, καὶ οὐδὲν ἐδεῖτο οὐ κροκωτοῦ, οὐ Ταραντίνου, οὐκ ἀναβολῆς, οὐκ ἐγκυκλίου, οὐ κεκρυφάλου, οὐ καλύπτρας, οὐ βαπτῶν χιτωνίσκων. Quod tamen poſtea mutatum, cum luteo colore tinctis tunicis ceu crocotis, ut plurimum uterentur. Ἐγκύκλιον autem eſt pallium. Nam ita apud Suidam: Καὶ δῆλον ὡς τὸ μὲν ἐγκύκλιόν ἐστιν ἱμάτιον, ὁ δὲ κροκωτὸς ἔνδυμα, nec magnam inter eam & ἀναβολὴν fuiſſe differentiam voces ipſæ indicant: κεκρύφαλον autem capitis eſt ornamentum quod alio nomine κεφαλόδεσμος dicitur, *Rica* vel *capitale*. Notandum autem hac ex voce derivari noſtrum *Faly*: Nam φάλα, κόσμος τῆς περικεφαλαίας apud Suidam; qua de veſte ſic Phavorinus: Φαλὰ κόσμος τῆς περικεφαλαίας παρὰ τό φάω φῶ φάσω, ὄνομα φαλὸς, καὶ φαλὰ διὰ τὸ λαμπρότατον ἢ κόρυθος φαλός: τὸ προμετωπίδιον ἀνάστημα τῆς περικεφαλαίας: εἰσὶ γὰρ τινὲς ἧλοι λαμπροὶ ἕνεκα κόσμου τῆς περικεφαλαίας: φαλὸν γὰρ τὸ λαμπρὸν, ὅθεν καὶ φαλακρὸς ὁ ἔχων φαλὸν τὸ κάρα: Clavis igitur diſtincta hæc veſtis fuit: hinc venit vox

φαλα-

φάλαρα. Quæ ego eundem uſum præbuiſſe credo, quem hodie opercula (ut ſic dicam) facierum muliebrium, *Maſques* vocamus. Idem Phavorinus: Καὶ φάλαρα τοὺς περιμετωπιδίους ἀσπιδίσκους: In formam enim ſcuti oblongi, & quaſi rotundi, ut & hodie fieri amat, facta fuerunt.

CAP. IX.

Κτίζειν νῆσον, Condere oppidum: *conditor Orientis*, Κτίζειν ἔθνη, condere populum: *error Mauſſaci & Porti.*

KTίζειν proprie eſt condere vel exſtruere, id eſt, *oppidum*, vel inſulam: Nam & κτίζειν νῆσον dixerunt, quod eſt, deductis coloniis inſulam frequentare, & in ea oppida condere. Suetonius in Auguſt. cap. 98. *Conditorem inſulæ* dixit, quem Auguſtus κτίστην ſolebat appellare. *Sed ex dilectis unum Maſgabam nomine, quaſi conditorem inſulæ κτίστην vocare conſueverat:* qua ratione Armenia condita ab Armenio apud Juſtin. lib. 42. cap. 2. legitur. *Condita eſt autem ab Armenio, Iaſonis Theſſali comite.* Apud quem etiam Jaſon capite ſequente *conditor Orientis* vocatur. *Itaque Iaſoni totus ferme oriens, ut conditori, divinos honores templaque conſtituit.* Quæ loca ſi occurriſſent præſtantiſſimo Mauſſaco, non ſcripſiſſet

condere inſulam aut regionem non poſſe dici in Notis ad Auctorem de Fluminibus: Nec cauſam video cur rejiciat Varronis *condere colonias*: ubi nulla difficultas, cum ita ſit dictum, ut condere urbem vel caſtellum. Præterea non cepit hoc Portus apud Suidam in Καλλίμαχος: inter libros ab ipſo conſcriptos recenſet Lexicographus Κτίσεις νήσων καὶ πόλεων, quod eſt, juxta interpretem: *Ædificationes & origines inſularum & urbium*, ut ædificatio ad urbes, origo ad inſulas referatur: quod tamen mihi veriſimile non ſit, cum non videam quid ſcribere potuiſſet de inſulis, quæ, paucis exceptis, ab origine mundi fuerunt. Tractavit igitur hoc in opere, quo tempore urbes ædificatæ, & inſulæ ab hominibus conditæ fuerint: quo fere titulo & Hellanicus olim librum conſcripſit, ut ex Stephano ſeu Hermolao de urbibus patet. Laudatur enim in Χαραμάτῃ, ἐν κτήσεσιν ἐθνῶν καὶ πόλεων: ubi obſerva etiam dixiſſe Græcos κτίζειν ἔθνη. Ita Latini. Juſtin. 18. cap. 4. *Hoc igitur modo Tyrii Alexandri auſpiciis condicti, Parſimonia & labore quærendi cito convaluere.* Κτίζειν νῆσον legitur apud Ælian. lib. 12. ποικ. cap. 35. Καὶ Μιλτιάδης τρεῖς, ὁ τὴν Χερρόνησον κτίσας, quem eo coloniam deduxiſſe ex Nepote, Plutarchoque conſtat.

Excerpta ex Heraclide de Politiis, ubi de Cyrenenſibus agit: Τοῦ δὲ θεοῦ κελεύοντος κτίζειν Λιβύην, τὸ μὲν πρῶτον ὁρμήσας ἠδυνάτησε: quod nihil

nihil aliud eſt quam οἰκίζειν τὴν νῆσον, ut idem alibi loquitur.

CAP. X.

Æliani liber primus percurritur. Interpres ejus notatus. Δεινοὶ κατὰ κοιλίαν. Δεινὸς πιεῖν. *Rhodiorum mos.* γαστὴρ *&* venter *de voracibus.* Ἄμαχος *de omni magna re. Ælianus bis correctus, ſemel tranſpoſitione ſanatus.* Vir natus: Βάνα φῦσα. *Luciani error. Iupiter Olympius in variis locis.*

ÆLiani verſionem quanquam ad partes vocare nolim, facere tamen non poſſum, quin initium hujus libelli paucis illuſtrem. Δεινοὶ, ait, κατὰ κοιλίαν εἰσὶν οἱ πολύποδες καὶ πᾶν ὅπερ φαγεῖν ἄμαχοι. Quæ poſtrema interpres ſic obſcurat: *Proinde quicquid edant inſuperabiles.* Bella, ita ſim felix, interpretatio; & nollem factum. Δεινὸς ſignificat omne id, quod magnum eſt, ut δεινὸς πιεῖν, *qui multum bibit.* lib. 2. cap. 41. δεινὸς εἰπεῖν *cui larga eſt copia fandi.* lib. 4. cap. 16. Seu qui habet *vim forenſem*, ut loquitur Vellej. lib. 1. cap. 17. & δύναμιν ῥητορικὴν, ut eam vocat Theon Sophiſta cap. 1. Progymnaſ. ita hic δεινοὶ κατὰ κοιλίαν ii dicuntur, qui multum edunt, & voraces ſunt, quod per τὸ *firmo & robuſto ventre* explicari non poteſt. Nam Græci ut & Latini cum voracitatem deſcribere volunt, ventris ſolum faciunt mentio-

nem, hinc γαστὴρ convitium erat in hominem luxui & libidini deditum. Notum eſt illud D.Apoſtoli 1.cap. ad Tit. ℣ſ. 12. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. Cujus verſus initium legitur apud Callim. Hym. in Jov. ℣. 18. Hinc γαστρὶς *guloſus*: quo in verbo notandus Rhodiorum mos, qui eum qui piſces amat, & oculis devorat, ἐλεύθερον *liberalem*, eum vero qui carnes φορτικὸν καὶ γάστριν agreſtem & guloſum vocant, teſte Æliano lib. 1. ποικ. cap. 28. & hinc factum ut γαστρίζειν pro *ſaginare* ponatur. Gloſſæ: Γαστρίζω *ſagino*. Hinc eleganter Themiſtius Orat. 3. dixit adulatori propoſitum eſſe γαστρίζεσθαι ex adulatione: Ο᾽ γὰρ δὴ φίλος τοῦ κόλακος οὐδὲν μὲν οὐδαμῇ ἐγγὺς, ταύτῃ δὲ μάλιστα πορρωτάτω, ὅτι ὁ μὲν ἅπαντα ἐπαινεῖ, ὁ δὲ οὐκ ἂν σφαλλομένῳ σοι συγχωρήσειε. Τῷ μὲν γὰρ πρόκειται κερδαίνειν ἢ γαστρίζεσθαι ἐκ τοῦ ἔργου, καὶ οὐ σὲ τεθαύμακεν, ἀλλὰ τὰ χρήματά σου ἢ τὴν δυναστείαν. *Nam cum amicus nuſquam omnino cum adulatore conſentiat tum in eo quam longiſſime diſtat, quod hic omnia collaudet, ille errare te labique temere non permittat. Huic enim lucrum ex officio, ſaginaque propoſita eſt: nec te colit, aut ſuſpicit, ſed opes potentiamque tuam.* Et illi qui modico ſunt ſumptu, qui modico victu ſe ſuſtentant, dicuntur σωφρονεῖν περὶ γαστέρα. Ælianus lib 5. cap. 1. de Hiſtor. Animal. ἄγευστοι δέ εἰσι σαρκῶν καὶ σωφρονοῦσι περὶ γαστέρα, καὶ αὐτοῖς τὰ σπέρματα εἶναι δεῖπνον ἀπόχρη. *Ea uſu carnium abſtinent,*

& in

& in victu continentes ſunt, atque ad cibum ſemina ſatis ſunt. Sic *venter* apud Latinos. Terent. Phorm. 5, 7, 95.

— *Niſi ſequatur, pugnos in ventrem ingere.*

Ad quæ verba notat Donatus: *Urbane in ventrem quaſi paraſito. Ac ventrem totum paraſitum dicit? ut Lucilius in ſecundo:*

Vivite Lurcones, comedones, vivite ventres.

Dicit igitur Auctor noſter, *Polypodes voraciſſimos eſſe, & quicquid edant, inſatiabiles.* Nam licet ἄμαχος proprie inſuperabilem ſignificet, generaliter tamen omne id notat, quod magnum eſt. Ita lib. 13. cap. 1. Κάλλος ἄμαχον *ſingularis pulchritudo* & alia cap. 5. τὸ μὲν γὰρ, &c. Hæc non cohærent, & tranſpoſita ſunt, nam illud, quod πανοῦργός ἐστι ſequi debet, non eſt τὸ μὲν γὰρ, ſed πρὶν ἢ γὰρ τ. Hæc enim vulpis marinæ verſutia, atque aſtutia, ἀποκείρειν nim. τὴν ὁρμίαν: Pergit deinde auctor, & ait eam compotem eſcæ factam, illam non habere ſuſpectam ſed continuo καταπιεῖν, & hinc illud infert, πολλάκις δ' οὖν & cap. 6. Καὶ κινουμένους ἤδη τοὺς νεοττοὺς. Quid ſibi velit τὸ κινουμένους neſcio, & interpres omiſit: nullus dubito quin legendum ſit γινομένους: Ut per Pleonaſmum dicatur, quomodo *vir natus* apud Phœd. Fabul. 47.

Magnaque invidia criminatur filium,
Vir natus quod rem fœminarum tetigerit.

Sic & *homo natus* apud Ciceron. lib. 4. ad Fam.

Epiſt. 5. & *βάνα φοῦρα mulier nata* apud Apollonon. in lib. de pronomine cap. 5. τοῦ δὲ ἀνάλματο. Jupiter hic fuit Olympius, non is qui in Græcia, ſed qui in Sicilia cultus. Quo nomine ibi cultum Jovem ex Livii lib. 24. cap. 21. patet quod templum abſolute *Olympium* vocabant. cap. 33. *Quum Romanus exercitus ad Olympium (Iovis id templum eſt) mille & quingentis paſſibus ab urbe caſtra poſuit.* Unde Ciceronem erroris convincit P. Victorius lib. 21. cap. 10. Var. Lection. qui illud in Peloponneſo ait eſſe factum cum in Sicilia id accidiſſe expreſſis verbis teſtetur Clemens Alexandrinus; & ſi error is eſt, non ſolus Cicero eo teneтur, ſed etiam Lucianus in Timone, ubi Timon multa Jovi mala ingerit, & ſuam ei exprobrat debilitatem: Ἐῶ, ait, λέγειν ὁποσάκις ἤδη σου τὸν νεὼν σεσυλήκασιν. Οἱ γὰρ καὶ αὐτῷ σοι τὰς χεῖρας Ὀλυμπιάσιν ἐπιβεβλήκασι. *Mitto jam dicere, quoties templum tuum expilarint. Quidam etiam manus tibi apud Olympiam admoverunt.* Ubi advertas licet Typographorum oſcitantiam, dum edunt: *Quidam etiam minus tibi apud Olympiam ſunt admoniti.* Et paulo poſt: Ἀλλ᾽ ὁ γυναῖος, καὶ γιγαντολέτωρ, καὶ τιτανοκράτωρ, ἐκάθησο, τοὺς πλοκάμους περικειρόμενος ὑπ᾽ αὐτῶν, δεκάπηχυν κέραυνον ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ. Quibus verbis ſine dubio ad hanc Dionyſii ſive Patris ſive Filii hiſtoriam reſpicit. Notas etiam hinc licet Jovem Olympium non ſolum in Peloponneſo,

neſo, ſed etiam alibi cultum. Ita Sardibus ara ei per Alexandrum & templum erectum. Arrianus lib. 1. de Exp. Alex. Αὐτὸς δὲ ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ ναόν τε οἰκοδομῆσαι Διὸς Ὀλυμπίου ἐπενόει, καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι. Et *Athenis*. Sueton. Auguſt. cap. 60. *Reges amici atque ſocii, & ſinguli in ſuo quiſque regno Cæſareas urbes condiderunt. Et cuncti ſimul ædem Iovis Olympici, Athenis antiquitus inchoatam, perficere communi ſumptu deſtinaverunt, Genioque ejus dedicare*. cap. 34. Κακὰ δὲ πολλὰ τοὺς μάγους εἰργάζετο. Magi hic nihil ad rem, quod etiam vidit Schottus, qui lib. 3. Obſervat. Hiſtor. cap. 33. legit Μάρδους. Verum ego probabiliori conjectura formo, τοὺς μὲν ἄλλους enim fratres. Has querelas ad Regem defert Pater in ſequentibus: ἅμα καὶ ἐγὼ, ὦ βασιλεῦ, τὸ βλάπτοντα τὴν ἐμὴν οἰκίαν, &c. Quanquam non ignorem Magos pueros inſtituiſſe, & aperuiſſe ſcholam: docet id nos Porphyr. lib. 4. de Abſtin. pag. 399. ubi refert Darium Hyſtaſpis filium ſuo monumento inter alia inſcribi juſſiſſe: Ὅτι καὶ μαγικῶν γένοιτο διδάσκαλος: nam ibi aliæ editiones meliori jure præferunt Μάγων. Vir Clariſſimus Gronovius emendabat τοὺς μείζους, majores enim natu lædebat hic juvenis deperditus; eligat lector, utram volet: ego quanquam viri iſtius emendatio meæ pondus elevatura ſit, tamen cum eodem plane res redeat, & utraque fratres reſpiciat, eam ſupprimere nolui.

CAP. XI.

Liber ſecundus illuſtratur: interpretis lapſus, γραφὴ, γράφειν: accuſatio, accuſare: Laconicæ brevitatis illuſtria exempla: Ælianus bis, Iamblichus ſemel correctus. Tituli capitum interdum ab Auctoribus, Ælianus à gloſſa liberatus, δεύτερα φέρειν.

CAp. IV. Τοῦ Φαλάριδος ὃ οἱ Ἄρχοντες τὴν γραφὴν τοῦ ἀγῶνος ἠφάνισαν. Textum Græcum corrigit vir Magni nominis Tanaquillus Faber. Sed verſionem ad partes vocare animus, quia ea totus locus obſcuratur. *Irritam*, ajunt, *judicii ſententiam fecerunt*. Sed judices id facere non potuerunt, cum illa nondum lata eſſet; juſſerat enim tyrannus γραφὴν καταθέσθαι, id eſt, *accuſatione deſiſtere*: quod minis territus fecit Menalippus: Nec γραφὴ hic ſententia eſt, ſed *accuſatio*, quæ ſignificatio inde fluxit, quia nomina reorum in album recipiebantur: Hinc γραφὴ Græcis exponitur κατηγορία, & γράφειν eſt *accuſare*, ut, *ſcribam tibi dicam* Græcis eſſet γράψομαί σε. Vult igitur dicere Ælianus nomen rei de albo accuſatorum ſublatum, & ea ratione judicium factum irritum, γραφῆς ἄρσιν vocat paulo poſt.

Cap. v. Μὴ περιπατεῖτε. Admonendi ſunt juniores, hæc duo verba ſola in epiſtola fuiſſe, reliqua eſſe Æliani: nihil quippe notius, quam

Lace-

Lacedæmoniorum breviloquentia, cujus aliquot inſignia exempla ſi proferam, operam me perditurum non arbitror. Cum Magiſtratus edictum contra Clazomenios, qui ſellas judicum fuligine reſperſerant, proponeret, ſolum proclamari juſſit. Ἐξέϛω Κλαζομενίοις ἀσχημονεῖν, infr. cap. 15. Cum decretum facerent, quo Alexander Deus renuntiatur, ita ſcribunt: Ἐπειδὴ Ἀλέξανδρος βούλεται θεὸς εἶναι, ἔϛω θεός. cap. 19. Quod non minus publice, quam privatim obtinuit. Archidamas Eleis opitulantibus Arcadibus ſcribens, Epiſtolam quatuor vocum, ſeu potius duarum ad eos miſit: Ἀρχίδαμας, Ἠλείοις: Καλὸν ἡσυχία. Apud Plutarchum in Apophth. Lacon. qui plura exempla ſuppeditabit.

Cap. XVII. Καὶ ἐπιθεὶς ἐπ' αὐτῶν τῶν κρεῶν. Hunc edendi morem perdidimus, neque enim panem carni, ſed carnes pani imponimus, & deinde ſcindimus, quod ruſticorum tamen proprium. Conſtruendus hic locus ſine dubio eſt hoc modo: Ἐπιθεὶς τῶν κρεῶν ἐπ' αὐτῶν nim. ἄρτων, atqui unum ſolummodo panem καὶ δὴ καὶ μέγιϛον Ochus accepit, emenda igitur ἐπ' αὐτὸν, ἐπ' αὐτοῦ, vel ἐπ' αὐτῷ, nulla enim differentia, & verte: *carnes illi imponens.* Pars enim Græcis & maxime Athenienſibus in Genitivo ponitur: exempla ubique obvia.

Cap. XXI. Παυσανίας ὁ ἐκ Κεραμείων. Lego: Κεραμέων. Ut Βασιλέων. Neque enim ita Græci

loquun-

loquuntur. In Genitivo quidem ſingulari Æolice βασιλεῦς dicitur pro βασιλέος: ut teſtis Scholiaſtes Nicandri ad Ther. Περσεῦς δὲ τὴν γενικὴν εἶπεν, ὡς ἀπὸ τῆς Περσεὺς εὐθείας, Περσέος καὶ Περσεῦς αἰολικῶς, ἀρσενικῶς κλίνας, ὡς βασιλέος καὶ βασιλεῦς: Sed Æolice non ſcripſit Ælianus, & ita potiſſimum Poëtæ, non autem Oratores loquuntur.

Cap. XXVI. Ὅτι τῆς αὐτῆς ἡμέρας, &c. Ita & Apollonius Dyſcolus cap. 6. Hiſtor. Comment. At Jamblichus lib. 1. cap. 28. de vita Pythag. ait eum ſe oſtendiſſe uno eodemque die amicis in Metapontio Italiæ, & Tauromenio Siciliæ urbibus: & multis interjectis narrat illud de femore aureo, ſed corrige eum & lege, ἐν τῷ ἀγῶνι, ubi peſſime editiones præferunt αἰῶνι, quod tam facile ne quidem vidit Arcerius, unde exemplum capi poteſt.

Cap. XXXVIII. Caput hoc unum idemque eſt cum præcedente; ratio id ipſa docet, & id quod Auctor noſter dicit fine hujus capitis, εἰ τὰ μὲν Λοκρῶν, ἢ Μασσαλιωτῶν, καὶ τὰ Μιλησίων διὰ μνήμης ἐθέμην, quorum ſcilicet hoc capite inſtituta narraverat. Neque enim mihi fit veriſimile has inſcriptiones capitum eſſe ab Auctore ipſo, licet non ignorem Auctores hoc interdum feciſſe. Plinius in Præfat. Natur. Hiſtoriæ ad Veſpaſianum: *Quia occupationibus tuis publico bono parcendum erat, quid ſingulis contineatur libris, huic epiſtolæ ſubjunxi, ſummaque*

cura ne perlegendos eos haberes operam dedi. Id quod ſive alterum ſive eundem Ælianum feciſſe in Tacticis conſtat, διὸ μὲν, inquit, τοι τὰς ἀσχολίας προέγραψα τὰ κεφάλαια τῶν ἀποδεικνυμένων. Licet quis inde poſſit colligere has capitum inſcriptiones ab Æliano eſſe, quia lib. 3. cap. 10. ſic loquitur. Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι Ἐφόρων πολλὰ μὲν εἰπεῖν καὶ ἄλλα καλὰ ἔχω. Ἃ δ' οὖν προήρημαι νῦν ἐρῶ ταῦτα. Nam ſi προήρημαι quod *proponere* ſignificat interpretari velis ex illo Phædri,

Nunquam eſt fidelis cum potente ſocietas.
Teſtatur hæc fabella propoſitum meum.

Id eſt, propoſitio ſeu theſis, ut *Enuntiatio*, & *Enuntiatum* aliaque, vertendum erit, *quæ propoſui*, ſcilicet in ſummario, ut vocant, capitis, ubi ait, Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἐραστῶν καὶ ἐρωμένων. Sed προαιρέομαι & προαίρεσις de ſtudio, inſtituto, & voluntate dicuntur: propoſitum, ſeu propoſitionem Græci προκείμενον vel κείμενον vocant.

Cap. XLI. Ἐπὶ Καλάνῳ τῷ Βραχμάνι, τῷ Ἰνδῷ σοφιστῇ. Ultima hæc ex gloſſa ſunt: nam Βραχμᾶνες nihil aliud ſunt quam Indi Philoſophi, & idem eſt ac ſi quis Μάγον, τὸν τῶν Περσῶν σοφιστὴν & Χαλδαῖον Chaldæorum velit dicere. Hos autem Philoſophos mortem quam maxime contempſiſſe teſtis etiam Porphyrius lib. 4. de Abſtin. & Clitarchus apud Diogen. Laërt. in Procemio.

Τῷ

Τῷ ᾗ δεύτέρῳ. Elegantius multo ſi legatur, τῷ ᾗ δεύτερα, τελάκοντα μναῖ. Τῷ γε μὲν τρίτα: ut ſubaudiatur ubique φερομένῳ.

Cap. XLII. Σὺν τῇ ἀνωτάτῃ σπυδῇ. Nuſquam legitur ἀνώτατος ſed quidem ἀνώτερος, unde ἀνωτερικὸς: ſed ἀνωτάτω adverbium in uſu eſt, ut ὁ ἀνωτάτω ſummus: quare lego: τῇ ἀνωτάτω σπυδῇ.

CAP. XII.

Liber tertius examinatur: Ælianus quater correctus; Κάτοχος, κάτοχος ἐκ θεῦ, κάτοχος θυμῷ. Recipere furias, impleri Deo, concipere, accipere numen; excutere Deum pectore: *furor duplex, ſacer, vel in pœnam immiſſus à Diis:* Lymphatus: *Dii homines exagitabant iis rebus, quibus præerant*, ὀλομένη θεὰ, lacrumoſus fumus, peritura fata, imminentia ſigna: Terror panicus, Pan ςρατιώτης, ſentire Deum Deamve iratam morte: *Inſcriptio explicata:* Βάκχοι ἔρωτος: Mænades Priapi: φλέειν.

CAp. I. Καὶ τὴν ὁδὸν ἐκείνην ἔρχεται. Conſtruendum verbum eſt cum περαγενόμενοι, quare legendum, ἔρχονται: nam pluralia maſculina nunquam ſingulari verbo junguntur. Excepto uno caſu (Grammatici tacent) quando articulus pluralis præfigitur propoſitioni ἀμφὶ vel περὶ eum accuſativo perſonæ: ut οἱ περὶ

Πλά-

Πλάτωνα *Plato*, tunc, inquam, interdum jungitur numero ſingulari pluralis, quia refertur ad intellectum. Herod. Οἱ ἀμφὶ τ̀ Πεισίςρατον ἀφικνέεται ἐπ' Ἀθηναίας ἱερόν.

Cap. IX. Δέδοικε ᾗ τ̀ ἕτερον ἅτε ἐκ θεοῦ κατόχως ἐνθουσιῶντα. Legendum omnino cenſeo κάτοχον: neque enim aliter locus poteſt conſtrui: nam κάτοχος is dicitur, qui afflatus eſt numine aliquo, & interdum ſimpliciter ponitur, ut apud Heliod. lib. 3. Καὶ ἐπιςήσας ὀλίγον, καὶ ψήφους τινὰς οὐδὲν καταριθμούσας ἐπὶ δακτύλων συνθεὶς, τήν τε κόμην διασείσας, καὶ τοὺς κατόχους μιμούμενος, ἱερᾶς, εἶπον, ὦ τέκνον. *Et cum paululum me erexiſſem, & calculos quoſdam nihil numerantes in digitis compoſuiſſem, afflatos vi numinis imitans, Amus (dixi) ô fili.* Interdum vero additur ἐκ θεοῦ, ut hoc loco: Δέδοικε τ̀ ἕτερον ἐνθουσιῶντα ἅτε κάτοχον ἐκ θεοῦ. Neque enim unquam ἐνθουσιάω & κατόχως junguntur, vel jungi poſſunt. Ita Poëtæ elegantiſſime dicuntur κάτοχοι ἐκ Μουσῶν. Pollux lib. 4. cap. 7. Onomaſt. Ποιητὴς, ποιητικὸς, ᾠδός, ᾀδικὸς, μέτρων συνθέτης, εἰς μέτρον ἐπίπνους, εἰς ᾠδὰς ἔνθεος, κάτοχος ἐκ Μουσῶν. Sic κάτοχος ἐκ θεοῦ apud Pauſaniam, loquentem de Herophile Sibylla: Ταῦτα μέντοι μαινομένη τε καὶ ἐκ θεοῦ κάτοχος πεποίηκεν. Et apud eundem in Phocicis, κατεχέτος ἐκ νυμφῶν: Χρησμολόγον ᾗ γενέσθαι καὶ ἐκ Βοιωτίας Βάκχιν φασὶ κατάσχετον ἄνδρα ἐκ νυμφῶν. Notante Budæo pag. 867. Comment.

Linguæ Græcæ. Et κάτοχος ἐκ Πανὸς apud Polluc. lib. 1. cap. 1. Sect. 19. Θεόληπτος, φοιβόληπτος, νυμφόληπτος, μουσόληπτος. Ἐκ πανὸς, ἢ ἄλλου θεοῦ κάτοχος, ἢ κατεχόμενος. Pro quo κατεχόμενος τῷ Πανὶ legitur apud Lucian. in Baccho: Ἃ μὲν οὖν πάσχουσιν οἱ παῖδες ἐπειδὰν πίωσιν, ἢ οἷα οἱ ἄνδρες τολμῶσι κατεχόμενοι τῷ Πανὶ, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν. *Itaque quæ pueris de fonte bibentibus accidunt, aut qualia deſignent viri jam numine Panis afflati, perlongum eſſet enumerare.* Quæ loquendi ratio elegantiſſima ad alia etiam transfertur: Sic κάτοχος θυμῷ apud Heliodor. lib. 1. eſt *iratus* vel *ira furens*, ἔρωτι γὰρ καὶ ζηλοτυπίᾳ καὶ θυμῷ κάτοχος. *Amore, zelotypia & ira furens*, & lib. 2. σιγῇ κάτοχος de eo qui obdurat pertinaciſſime in tacendo: Ἀχλυΐ καὶ σιγῇ κάτοχος, ἐπὶ τὸ στόμιον ἀνεδύετο τοῦ σπηλαίου, καὶ περὶ τὸ σῶμα τῆς κειμένης ἥκων ἐπιθείς τε τοῖς στέρνοις τὴν κεφαλὴν, ὦ Θίσβη ἔλεγε. Inde autem fluxit hic loquendi mos, quia ii quibus furor à diis immittebatur, eum Deum in ſe recipere exiſtimabantur: de vatibus id plurimum credebatur. Valer. Flacc. lib. 4. Argon. ℣. 446.

Non ego nunc magno, quod cretus Agenore Phineus
Aut memorem mea quod vates inſedit Apollo
Pectora ——————

Et tunc vates dicebantur *impleri Deo*. Juſtinus 24. *Ex quo frigidus ſpiritus vi quadam velut vento in ſublime expulſus mentes vatum in vecordiam vertit, impletaſque Deo reſponſa conſu-*

lenti-

lentibus dare cogit. Concipere, accipere pectore numen. Lucanus lib. 5. ℣. 163.

——— ——— tandem conterrita virgo
Confugit ad tripodas, vaſtiſq; abducta cavernis,
Hæſit & inſueto concepit pectore numen.

Idem lib. 1. ℣. 64.

Sed mihi jam numen: nec, ſi te pectore vates
Accipiam, Cirrhæa velim ſecreta moventem
Sollicitare Deum, Bacchumque avertere Nyſa,
Tu ſatis ad dandas Romana ad carmina vires.

Qui quando reſponſa dabant, dicebantur *excutere pectore Deum.* Virgil. 6. Æneid. 76.

At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur vates, magnum ſi pectore poſſit
Excuſſiſſe Deum ———

Quia tunc, redditis reſponſis, furore illo liberabantur, quomodo idem v. Æneid. ℣. 679. *Iunonem pectore excuſſam* ait, quando Trojanæ mulieres per Junonem impulſæ & in furorem actæ, ad ſe redibant.

——— Piget incœpti, luciſque: ſuoſque
Mutatæ agnoſcunt, excuſſaque pectore Iuno eſt.

Poëtæ præterea ſe carmina pangere volebant videri, agitante Deo. Hinc Ovid. 1. Faſtor.

Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo.

Quod etiam non obſcure indicat Claudianus, qui poteſt videri lib. 1. de Raptu ipſo init. Nam, ut ait Seneca cap. ult. de Tranq. An. *non poteſt grande aliquid & ſupra cæteros loqui, niſi mota mens.* Ita ii qui furiis agebantur, concipere in-

tra ſe credebantur furias. Virgil. 4. Æn. ℣. 476.

Ergo ubi concepit furias, evicta dolore
Decrevitque mori ————

Et. bellatores dicebantur furere ex Marte, Ælian. hoc loco: Καὶ οὐ μὰ Δία τοῦτο τὸ κοινὸν ἐξ Ἄρεος, ἀλλ' ἐξ Ἔρωτος μανέντα. Et lib. 2. cap. ult. Καὶ εἴπερ ἂν αὐτὸν ἐνθουσιᾷν ὥσπερ ἐξ Ἄρεος μανέντα. Et Martem ἔχειν ἐν στέρνοις. Locus elegans apud Euripid. in Phœniſſ. ℣. 136.

———— Παῖς μὲν Οἰνέως ἔφυ
Τυδεὺς, Ἄρην δ' Αἰτωλὸν ἐν στέρνοις ἔχει.

Pro quo etiam eleganter dicebant λαμβάνεσθαι hoc vel illo Deo Deave. Lucianus in Nigrino: Ὥσπερ γὰρ οἱ τοῦ φρυγίου αὐλοῦ ἀκούοντες οὐ πάντες μαίνονται, ἀλλ' ὁπόσοι αὐτῶν τῇ Ῥέᾳ λαμβάνονται. *Quemadmodum enim qui Phrygiam tibiam audiunt, non omnes inſaniunt, ſed quotquot ipſorum à Rhea corripiuntur.* Et vatum quidem furor erat religioſus & pius, ſed aliis etiam à Diis furor immittebatur, quod officio ſuo erga Deum aliquem defuiſſent, nec minus ſecus Deum recipere dicebantur: ita Νυμφόληπτος qui à Nymphis agitur; *Lymphatum* Latini vocant: Feſtus: *Lymphæ dictæ ſunt à Nymphis. Vulgo autem memoriæ proditum eſt, quicunque ſpeciem quandam è fonte*, id eſt, *effigiem Nymphæ viderint, furendi non feciſſe finem. Quos Græci* Νυμφολήπτους, *Latini Lymphaticos appellant*, qui credebantur metuere aquas. Gloſſæ Iſidori: *Limfaticus quod aquam timeat, quem Græci* ὑδροφόβον *dicunt.* Quod Græcis elegantiſ-

gantiſſime eſt εὐλαβεῖν ὑδάτα. Themiſt. Oration. 3. Δεδίασι γὰρ καὶ ὑφορῶνται οὓς ἥκιστα ἐχρῆν, ὥσπερ οἱ τὰ ὑδάτα εὐλαβούμενοι, ἢ ὥσπερ ὁ μελαγχολῶν Ὀρέστης ἐν ταῖς τραγῳδίαις πρὸς τὴν ἀδελφὴν βοᾷ θεραπεύουσαν τὸ νόσημα. *Timent & ſuſpectos habent quos minime decet, ut illi qui aquas fugiunt, vel ut furioſus Oreſtes in Tragœdiis ad ſororem clamat curantem ipſius morbum.* Nam Deos qui credebantur furorem immittere, perſuaſum habebant agitare homines illis rebus quibus præerant. Ita Bacchus objiciebat Tigres. Serv. ad 1. Æneid. ℣. 71. *Namque hoc habet fabula: Dormientem in litore Liberum Patrem puerum, nautas abſtuliſſe Tyrrhenos, qui cum eſſet experrectus in navi, quò duceretur interrogavit, reſponderunt illi, quò vellet. Liber ait, ad Naxum inſulam ſibi ſacratam. At illi cœperunt alio viam deflectere, quamobrem iratum numen, Tigres ſibi ſacratas juſſit videri, quo terrore ſe illi præcipites dantes, mari nomen dederunt.* Qui Aſpidem læſiſſet, quem Ægyptus adorat, aſpidis ictibus & perſecutionibus vexari videbatur. Ælian. lib. 11. cap. 32. de Anim. de vinitore qui aſpidem occiderat. Καὶ μέντοι καὶ νυκτὸς ἡνίκα παράφορος, καὶ ἐκ τοῦ λέχους ἀνεθόρνυτο, καὶ ἔλεγε τὴν ἀσπίδα διώκειν, καὶ ὥσπερ οὖν ὁμοῦ τι τῷ δήγματι ὢν ἐκπληκτικωτάτως ἐβόα. Nec minorem vim Venus habebat, de qua Apoll. Rhod. lib. 1. Argon. ℣. 802.

— Οὐλομένης δὲ θεᾶς πορσύνετο μῆνις,

Κύπριδος, ἥ τέ σφιν θυμοφθόρον ἔμβαλεν ἄτην.
Ubi nota τὸ οὐλομένης poſitum eſſe pro ὀλέθρου ποιητικῆς, uti dicimus πολυδάκρυον ἄρηα pro τὸν δακρύων ποιητικόν. Non ſecus ac Horatius dixit *lacrumoſum fumum*, qui lachrymas movet; Virgil. 2. Æneid. *mentita tela*, quæ mentiebantur Trojanos Græcos eſſe, Florus *imminentia ſigna* pro iis quæ imminentia ſignificant. Sueton. Gal. 17. *caducum auſpicium*, quod caſum alicui denuntiat. Et Quintilian. Declam. 8. *periturum fatum*, ut & Petron.

Heu pudet effari perituraque prodere fata,
quæ perniciem alicui portendunt, ſeu perditura: at hæc obiter. Ita Pan non modo hominibus ſed etiam pecori credebatur injicere terrorem. Valer. Flaccus lib. 3. Argon. ℣. 57.

Ludus & ille Deo: pavidum præſepibus aufert
Cum pecus & profugi ſternunt dumeta juvenci.

Hinc *terror panicus* apud Hygen. in Aſtrom. *Hic enim dicitur cum Jupiter Titas oppugnaret, primus objeciſſe hoſtibus terrorem, qui* panicus *dicitur, ut ait Eratoſthenes.* Nam aderat etiam bellis, ut patet ex Longo lib. 2. ποιμ. Ubi inſigne terroris hujus exemplum. Hinc à Valer. Flacco dicitur:

Pan nemorum bellique potens ——

Et hinc etiam ςρατιώτης dictus à Longo lib. 4. extremo. Οὗτοι καὶ τὸ ἄντρον ἐκόσμησαν καὶ εἰκόνας ἀνέθεσαν, καὶ βωμὸν ἐποιήσαντο ποιμένος ἔρωτος, καὶ τῷ Πανὶ δ' ἔδοσαν ἀντὶ τῆς πίτυος οἰκεῖν νεών, Πᾶνα Στρατιώτην ὀνομάσαντες. Adde Euripid. Med. ℣. 1172.

ỷ. 1172. Et inprimis illud notandum, quando quis in furore à Deo Deave immiſſo mortuus eſſet eum veteres dixiſſe, *Morte ſentire Deum Deamve Iratam.* Ita explico Inſcript. 8. pag. 31. apud Grut. P. POPIL. AVITUS. P. F. INDULGENTIA. PONTIFICI. ICEDITANORUM. LOCUM. SEPUL. ACCEPI. ANTE. ÆD. DEÆ. MAGNÆ. CUBELES. QUAM. IRATAM. MORTE. SENSI. Οἱ δ' Ἔρωτος βάκχοι. Βάκχοι & Βάκχαι proprie dicuntur viri & mulieres, quæ pectore Bacchum receperunt: quare eleganter hic βάκχοι ἔρωτος dicuntur ii qui miſerrime amant, quippe quos furor etiam quidem obſidere videtur: nam quia etiam ii qui Deum mitem, ut vates, concipiebant, furere videbantur, hinc & βάκχοι & βάκχαι de quibus furibundis dicuntur: hinc Græci mulieres futura prædicentes βάκχας vocant. Euripid. Hecub. ỷ. 123.

Ἣν δὲ τὸ μὲν σὸν σπεύδων ἀγαθὸν
Τῆς μαντιπόλου βάκχης ἀνέχων
Λέκτρ' Ἀγαμέμνων.

Ad quæ verba Scholiaſtes: Βάκχην δὲ αὐτὴν λέγει, ἐπειδὴ οἱ μαντευόμενοι ἔνθειοι ὑπὸ θεῶν γενόμενοι μαντεύονται. Καθάπερ αἱ βάκχαι τῷ Διονύσῳ πληγεῖσαι ἄνω καὶ κάτω φέρονται ὥσπερ μαινόμεναι. Hinc verſu 676. Caſſandræ caput Hecuba vocat Βακχεῖον: & βακχεύσιμον ỷ. 1269. dicitur id, quod multa pollet vi vaticinandi. Scholiaſtes: Τὸ γὰρ βακχεύσιμον καὶ μανιῶδες

 μαντι-

μαντικὴν πολλὴν ἔχει. Sic *Mænades*, quæ ſunt proprie Bacchæ; Priapo tribuuntur, à Juven. Satyr. 6. ℣. 315.

— — *Ululantque Priapi*
Mænades — —

Cap. XLI. Ὅτι τὸ πολυκαρπεῖν οἱ ἀρχαῖοι ὠνόμαζον φλύειν ὅθεν τὸν Διόνυσον φλεῶνα ἐκάλουν, καὶ προτρύγην. Nulla hic eſt analogia, quare lego φλέειν. Nam Heſychius φλεῖ exponit γέμει, εὐκαρπεῖ, πολυκαρπεῖ. Hinc & templum Bacchi φλέως dictum fuit. Heſych. φλέω, Διονύσου ἱερόν. A τρυγάω autem venit τρυγητὴρ, vindemiator, qui etiam προτρυγητὴρ vocatur, pro quo hic προτρύγης legitur, niſi fuerit προτρύγην, ita ἀτρυγῆς non ἀτρύγης ſcribitur.

Cap. XLII. Εἶτα ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰς ἐξ ἀρχῆς ἧξαν Μινυάδας. Locus corruptus, & ſi quid video legendum, Μαινάδας. Nam Ælianus tres has ſorores Μινυάδας appellat, quia Μινύου (ita enim in ſuperioribus lego, non Μινύων cum clariſſimo & elegantiſſimo Nicolao Heinſio) filiæ, quo nomine reliquæ Bacchantes venire non poſſunt, quæ Mænades, ut notum unicuique, appellantur, quod idem lætor etiam vidiſſe Clariſſimum Gronovium. Ut ex eo, cum de his obſervationibus ſermones cæderemus, accepi.

Lib. 6. Cap. 1. Καὶ οὐδέ. Lego: Οἵδε. *Et hi quidem hic iram adverſus exſtinxerunt.* Neque enim plura illos feciſſe mihi fit probabile, & ſine dubio retuliſſet illud Ælianus.

CAP.

CAP. XIII.

Liber octavus examinatur. Γάμους θύειν. *In eo interpres notatus.* Θύειν γαμήλια, εὐαγγέλια, διαβατήρια. Ἄδειν ἐμβατήρια. Δείπνειν, πράττειν Νικητήρια: *Nummus explicatus, & rejecta ſententia Urſini:* Πράττειν *pro ſacrificare:* Ει *ſæpe pro* I. Ἄδειν ἐμβατήρια, δείπνειν ἐπινίκια. *Ariſtophanes explicatus: Ælianus correctus; Anaxagoras* Νοῦς; *Minerva* Νίκη *ſeu* Victoria: Vitellius concordia: Cælia concordia; Furia ſpes; Διονύσιοι Γαμβρὸς. *Athenæus defenſus.*

LIb. 8. Cap. 7. Πέντε δὲ ἑξῆς ἡμέρας καθεξῆς τοὺς γάμους ἔθυεν. Loquendi hanc formam non intellexit interpres: Plus enim eſt in Græco quam in Latino, & vertendum fuerat, per τὸ *propter nuptias ſacrificare*, ut Latini loquuntur, pro quo alii dicunt θύειν τὰ Γαμήλια: quæ loquendi forma elegantiſſima: ita θύειν εὐαγγέλια, *victimam cædere ob lætum nuntium.* Plutarch. in Apophth. Εὐαγγέλια τοῖς θεοῖς ἔθυσε, ubi peſſime verſum, *Diis ſupplicationes fecit.* Idem rurſus lib. eod. Καὶ τῆς πόλεως εὐαγγέλια θυούσης. Apud noſtrum lib. 1. cap. 16. Θύειν τὰ ἀναγώγια, quod nihil eſt aliud, quam *propter viam facere* pro quo etiam dicitur θύειν τὰ διαβατήρια vel θύειν ἐπὶ τῇ διαβάσει. Atque hinc explicandus nummus apud Fulv. Urſin. in Familia

Tarquitia: Neronis effigies eſt ab una parte, cum Inſcriptione, Νέρων Κλαύδιος Καῖσαρ Σέβαστος: ab altera: Μ. Ταρκυτίου Πρετανικ. Ἀνθυπάτου. In medio ara eſt, cui inſcribitur Πράττοντος, & ab uno aræ latere Ν Ε, ab altero Ι Κ. Urſinus vult eum rem geſſiſſe apud Nicopa, vel Nicopolim, vel Nicomediam: at vaga iſta & longe petita: aliò me ducit ara & ipſa verba: Neque enim πράττω Græcis abſolute ponitur, pro rem bene gerere, neque ara ignisque accenſus illi explicationi conveniunt: Inficias tamen ire nolo hunc Proconſulem egregie bellum adminiſtraſſe, nam & hinc nummus interpretandus eſt; Sacra quippe facit vel victimas diis dat ob res bene geſtas: totum enim eſt Πράττοντος Νεικητήρια, id eſt, *Diis ſacrificante ob victoriam*: Sic ἑστιᾶσαι νικητήρια dixit Plutarchus in Phocione, quod eſt, *epulum dare ob partam victoriam*: & πράττω, non ſecus ac ἔρδειν vel ῥέζειν vel δρᾶν & *facere* apud Latinos pro *ſacrificare* uſurpatur: quo ſenſu & vox hæc occurrit apud Tzetzem Scholiaſtem Heſiodi: explicaturus enim hæc verba:

—— Οὐδ' ἔρδειν μακάρων ἱεροῖς ἐπὶ βωμοῖς.

Conjungit ἔρδειν, πράττειν καὶ θύειν, quaſi ſint ejuſdem ſignificationis: verba ejus hæc ſunt: Οὐδὲ ἐν τῷ βωμῷ καὶ καπνικίᾳ καὶ θυσιαστηρίῳ τῶν θεῶν, ἤγουν τῶν ψυχικῶν δυνάμεων, ἤθελον ἔρδειν καὶ πράττειν καὶ θύειν. Νεικητήρια autem poſitum pro Νικητήρια, quomodo εἰχὼρ pro ἰχὼρ, εἰθύνω pro ἰθύνω,

νω, εἰλὺς pro ἰλυς, εἵλη pro ἴλη & alia in Gloſſis occurrunt: poteſtque accidiſſe vitio artificis, nam & alia errata ſunt, ut ἀντιπάτω pro ἀντυπάτȣ, ultima enim littera videtur excidiſſe. Et περιτ̓ῶντος pro περιτ̓ίοντος. Præterea θύειν ἐπινίκια, quod feſtiviſſime imitatus Ariſtophanes, dixit Δείπνειν ἐπινίκια: Locus eſt fine Ε᾿κκλησιαζ.

Δειπνήσομεν εὖ οἷ εὖ αἷ,
Ευαίως ἐπινίκι' εὖ οἷ, &c.

Qui locus ſine hac loquendi forma intelligi non poteſt. Innuunt enim mulieres ſe velle epulas dare ob victoriam à viris partam, & quia illis conceſſa erat reſpub. non ſecus ac victis hoſtibus victimæ cæduntur, vel etiam convivia præbentur. Alia quoque verba ſic uſurpantur, ut ἑορτάζειν & πανηγυρίζειν. Et, quod notandum, Α᾿δειν. Heliodorus lib. v. Οἱ μὲν ἄνδρες ἐμβατήρια τῷ Διονύσῳ καὶ ἦδον καὶ ἔσπενδον. Quomodo Suetonius in Neron. cap. 43. *Canere epinicia* dixit. *Revocatiſque ad pœnitentiam defectoribus, ſequenti die lætum inter lætos cantaturum epinicia, quæ jam nunc ſibi componi oporteret.* Illud autem quod ait paulo ante Auctor noſter de ſigno, quo ad cœnam vocabantur, eleganter Ariſtophanes Μέλος μελλοδειπνικὸν vocat in ead. com.

——— Ε᾿ν ὅσῳ ᾗ καταβαίνης, ἐγὼ
Ε᾿πᾴσομαι μέλος τὶ μελλοδειπνικόν.

Quod ore fiebat, ut illud Alexandri tuba.

Cap.

Cap. XIX. Ὅτι καὶ βωμὸς, &c. Atque duæ aræ ei dedicatæ, quare lego: Ὅτι καὶ βωμοὶ αὐτῷ ἵσανται. Nec moror inſcriptionem, ubi βωμὸς, facilis enim mutatio ex βωμοὶ: Alterius autem inſcriptio erat Νᾶ, quia ſcilicet Anaxagoras Νᾶς cognominatur, Harpocrat. Νᾶς δὲ ἐπεκαλεῖτο, ἐπεὶ ὕλην τε καὶ νᾶν πάντων φρυρὸν εἶπεν: quod etiam teſtantur Laërtius in ejus vita, Suidas, & Plutarchus in Pericle: Lib. 9. Adeo ut vocatus fuerit *Anaxagoras* Νᾶς. Nam id uſitatum veteribus fuit, ut interdum ipſa ſubſtantiva tanquam cognomina aliquibus apponerent: Sic Democritus Abderites dictus eſt Φιλοσοφία. Ælianus noſter lib. 4. cap. 20. Ὅτι οἱ Ἀβδηρῖται ἐκάλουν τὸν Δημόκριτον Φιλοσοφίαν, τὸν δὲ Πρωταγόραν λόγον. Et apud Athenienſes culta fuit *Minerva*, cui nomen Νίκη ſeu *Victoria*. Meminit ejus Euripides in Ione ℣. 1529.

Μὰ τὴν παρ' ἀσπίζουσαν ἅρμασίν ποτε
Νίκην Ἀθηνᾶν Ζηνὶ γηγενεῖς ἔπι,
Οὐκ ἔστιν ὅστις σοὶ πατὴρ θνητῶν, τέκνον,
Ἀλλ' ὅσπερ ἐξέθρεψε Λοξίας ἄναξ.

Non per eam quæ quondam curru vecta tulit opem, *(genas,*
Victoriam Minervam, Iovi adverſus terri-
Nullus mortalium eſt tibi Pater, ô fili,
Sed qui te educavit Apollo Rex.

Cujus effigies nullas alas habebat, dextra manu malum punicum, ſiniſtra vero galeam tenens. Heliodorus lib. 1. Περὶ ἀκροπόλεως ſeu de *Arce* *Athe-*

Athenarum apud Suidam: Ὅτι δὲ νίκης Ἀθηνᾶς ξόανον ἄπτερον, ἔχον ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ ῥοιὰν, ἐν δὲ τῇ εὐωνύμῳ κράνος, ἐτιμᾶτο παρ' Ἀθηναίοις, δεδήλωκεν Ἡλιόδωρος ὁ περιηγητὴς ἐν πρώτῳ περὶ ἀκροπόλεως. Quod Romanis etiam uſitatum fuit. Nam Vitellius *Concordia* vocari voluit. Sueton. cap. 15. *Nullo deinde recipiente quaſi in æde Concordiæ poſiturus abſceſſit. Sed quibuſdam acclamantibus ipſum eſſe Concordiam rediit*, *nec ſolum retinere ſe ferrum affirmat*, *verum etiam* CONCORDIAE *recipere cognomen.* Ut ſi vixiſſet, appellatus fuiſſet VITELLIVS CONCORDIA. Quod nomen fœminas habuiſſe teſtis hæc inſcriptio.

COELIAE. CONCORDIAE. VIRGINI
VESTALI. MAXIMAE. FABIA. PAV
LINA. C. F. STATVAM. FACIEN
DAM. CONLOCANDAMQVE
CVRAVIT. —

Et in alia FVRIA SPES.

ANIMAE. SANCTAE. COLENDAE
D. M.
FVRIA. SPES. L. SEMPRONIO. FIRMO
CONIVGI. CARISSIMO. &c.

Ita & Grammaticus olim fuit, nomine Dionyſius, cui cognomen *Iambus*. Athenæus lib. 7. Διονύσιος δὲ ὁ ἐπικαλούμενος Ἴαμβος ἐν τῷ περὶ Διαλέκτων γράφει οὕτως. Ubi nulla cauſa Caſaubonus ſuſpicatur ſcribendum eſſe Ἰαμβοποιός.

Cap. XIV.

Ælianus explicatus. Flammeus color. Flamearii. Φλαμβουλάριοι, *haſtæ vittis ornatæ. Themiſtii locus illuſtratus*, Caliendrum. Ταρχυπνίδιον. *Ælianus à gloſſa liberatus.*

CAp. 3. Χίλιοι φλόγινα ἐνδεδυκότες καὶ ὑσγινοβαφῆ. Locus hic mihi aurem vellit, ut de flammeo colore paucis agam. *Color flammeus, luteus*, & *croceus* parum inter ſe differunt vel nihil, quo Flammeum tinctum erat, quo Flaminica, id eſt, flaminis uxor utebatur: id *luteum* fuiſſe teſtatur Plin. lib. 21. cap. 8. *Lutei video honorem antiquiſſimum in nuptialibus flammeis totum fœminis conceſſum*, & Lucanus lib. 2. de Bel. Pharſal.

Non timidum nuptæ leviter tectura pudorem
Lutea demiſſos velarunt flammea vultus.

Hinc qui cum colorem faciebant *flamearii* dicti: Feſtus, *Flamearii, infectores flamei coloris*: & nonnulli milites poſtremis imperii temporibus, qui ſummas haſtarum partes linteo ejus coloris alligabant, φλαμβουλάριοι vocati. Gloſſæ Vet. Juris Labbæi. Φλαμβουλάριοι ὧν ἐπὶ τοῦ ἄκρου τοῦ δόρατος φοίνικα ῥάκη ἐξήρτηνται: quos Lemniſcos & ſummis & imis lanceis annectebant, ut ex nummo Heliogabali apud Gutherium lib. 3. de Jure Pontif. & ex Nummo Auguſti apud

apud *le Poix* patet quorum ectypum hic exhibere non abs re fore duximus.





Sed hac occaſione examinandus quidam Themiſtii locus ex Orat. 13. *Καὶ τὴν βασίλειαν ἀγορὰν*

ὥσπερ

ὥσπερ καλύπτρην διαπλεκῶν χρυσῷ καὶ μορίοις. Vertit Petavius: *Regium forum flammei inſtar auro ac ſegmentis intexens.* Atqui, ut vidimus, flammeum unius coloris, nec auro interſtinctum, ſaltem illud quod κατ' ἐξοχὴν ita vocatur, & quo novæ nuptæ & Flaminica velabantur: quare vertere malim *caliendrum*, cum Tertulliano in lib. de Pallio, licet non alium quam *Flameum* uſum præbuerit. Locus autem Themiſtii eo nobilior quod nos docet Καλύπτρην eo tempore ſegmentatam fuiſſe, & quidem de auro: ita & ταραντινίδιον varii coloris fuit. Suidas: Ταραντινίδιον λεπτὸν καὶ διαφανὲς ἱμάτιον, οὐ πάντως πορφυροῦν, ὥς τινες ὑπέλαβον: Si non totum ex purpura, neceſſe eſt alterius etiam illud coloris fuiſſe: Ταραντίνιον vocat Ariſtenætus lib. 1. Epiſt. 25. quod ex loco patet capiti non ſecus ac καλύπτρην impoſitum: ita dicta hæc veſtis quod Tarentinis plurimo in uſu, ut videre eſt apud Jul. Polluc. lib. 7. cap. 17. Onomaſt. Notanda autem diligenter in verbis Themiſtii figura eſt, quam ἓν διὰ δυοῖν vocant: Χρυσῷ καὶ μορίοις eſt *aureis ſegmentis*: elegantiſſime, nec minori lepore idem Orat. 16. Πρὸ μὲν γὰρ Θαλοῦ τοῦ Μισησίου ὀλίγα ῥήματα περιφερόμενα ἦν Θαλοῦ τε αὐτοῦ, καὶ τῶν ἄλλων σοφῶν, ὧν καὶ νῦν ἐμπεπλησμένοι εἰσὶν οἱ τοῖχοι, καὶ τὰ πινάκια. *Tabellæ, quæ in parietibus ſuſpenſæ ſunt.* Apollon. Rhod. lib. 2. Argon. ℣. 47.

Μηδ'



Μηδ' ἀμυδὶς καμάτῳ τε καὶ εἰρεσίῃ βαρύθοιεν.
Id eſt, *labore contracta ex remigatione.* Sic Virgil. 2. Æneid. 722.

—— —— ſubjectaque colla
Veſte ſuper, fulvique inſternor pelle leonis.

Id eſt, veſte è pelle leonis. Et 3. Æneid. ℣. 223.

—— & divos, ipſumque vocamus
In prædam partemque Iovem. ——

Nihil eſt aliud quam ſi dixiſſet *in partem prædæ.*

Εἵπετο δ' αὐτοῖς Leonnatæ id tribuit Plutarchus, & id quod Leonnatæ attribuit Ælianus, id is de Philota narrat: Sed talia ἁμαρτήματα ἱστορικὰ non ſunt infrequentia.

Cap. v. Εἰς Ὀλύμπια Ὀλυμπίων ἀγομένων. Poſtrema hæc ejicienda judico, nihil enim ad ſenſum faciunt, & ſunt ſolummodo explicatio τοῦ Ὀλύμπια. Nam Græci abſolute εἰς Ὀλύμπια, εἰς Ὀλυμπίαν, εἰς Νεμεαν & alia dicunt. Noſter lib. 10. cap. 1. Φερενίκη τὸν υἱὸν ἤγαγεν εἰς Ὀλύμπια ἀθλεῖν.

ἀθλεῖν. lib 9. cap. 34. Διογένης εἰς Ὀλυμπίαν ἐλθών. Lucianus in Timone, καὶ δρόμον ἐν Ὀλυμπίᾳ μιᾶς ἡμέρας. Et paulò poſt: Ἀλλ' οὐδὲ ἐθεώρησα ἐγὼ πώποτε εἰς Ὀλυμπίαν. Noſter lib. 8. cap. 1. Ἀσκήσειν εἰς Νεμέαν dicit : adde quod Æliano indignum eſt ἀγομένων, ἄγοντα, ἀγωνίας, eadem in linea dicere.

CAP. XV.

Liber XII. *&* XIII. *Æliani variis locis corrigitur. Satyrici Poëtæ duo additi ad illos quos recenſet Caſaubonus. Formulæ Oratorum ad Auditores orationem dirigentum* εἴτι μὴ λυπεῖ. Si commodum eſt, ſi videtur. *Themiſtius correctus. Æliani lectio defenſa.*

CAp. I. lib. 12. Τολμήσω παρ' ἐμοῦ τινὸς δῶρον ἄξιον τῆς τεχνήσης σε προσθέσθαι αὐτῇ. Legendum omnino αὐτῷ nempe τεχνήλῳ de quo in præcedentibus. Illud quod ſequitur ἥπερ εἰώθασι γυναῖκες δρᾶν à mala manu eſt, cum nihil ſint, quam interpretatio præcedentium καὶ ὑπὲρ τὰς γυναῖκας βασιλικῶς τὰ ἐναντία ἔδρασεν. *Contrarium reliquis regum uxoribus faciens*, ut vertunt, ſed invito Apolline, nam ſenſus eſt, & ſplendide, ſeu magnifice, more regio fecit contrarium à reliquis fœminis, quæ ſcilicet illud non remiſiſſent munus, vel leg. βασιλικάς.

Cap.

Cap. 44. Φιλοξένου. Idem Plutarchus lib. 2. de Fort. Alexandri. Hunc inter Poëtas Satyricos referendum cenſeo, cum Cyclops materiam Satyrici Poëmatis tribuat: Scripſit autem amorem Polyphemi Cyclopis in Galatheam Nympham, ubi Cyclops citharizans introducitur. Suidas: Θρεττανελό. ἦχος κιθάρας. Φιλόξενον γὰρ τὸν διθυραμβοποιὸν, ἢ τραγῳδιοδιδάσκαλον φασὶ γράφειν τὸν ἔρωτα τοῦ κύκλωπος τὸν ἐπὶ τῇ Γαλατείᾳ. Εἶτα κιθάρας ἦχον μιμούμενον, ἐν τῷ ἐπιγράμματι, τοῦτο εἰπεῖν τὸ ῥῆμα θρεττανελό. Ἐκεῖ γὰρ εἰσάγει τὸν κύκλωπα συρίζοντα, καὶ ἐρεθίζοντα τὴν Γαλάτειαν. Quæ etiam ſed auctiora reperies apud Phavorinum: hunc autem dixi Satyrici ſcriptorem eſſe, ut addatur numero illorum, quos recenſet Eruditiſſimus Caſaubonus in pereleganti libello de Satyrica Græcorum Poëſi: & licet adjungas etiam *Ariſtium* de quo Suidas: Αὕτη δὲ παροιμία γέγονεν ἐκ τοῦ Ἀρισίου Κύκλωπος, ὥς φησι Χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ Σατύρων. Cujus ibidem fragmentum eſt, meminitque ejus etiam Zenobius Centur. 2. Proverb. 16.

Lib. XIII. Cap. 1. Hoc caput altiori ſtilo, quam cætera, & fere Oratorio ſcriptum eſt, & videtur Ælianus hic agere voluiſſe Oratorem, adeo ut etiam formulas adhibuerit, quæ Oratorum propriæ ſunt, quando ſermonem ad auditores dirigunt. Ut εἴτι μὴ λυπεῖ, *ſi commodum eſt*. Φέρε δὲ καὶ τὸ εἶδος αὐτῆς, εἴτι μὴ λυπεῖ, διαγράψω-

γεγράψωμεν. Et paulo poſt. Λόγων ἐμπειρίαν καὶ τέχνην dixit. Λυπεῖ δ' οὐδὲν, ἐπεὶ καὶ ἐκ τούτων προσγένοιτ' ἂν λόγων τε ἐμπειρία καὶ τέχνη. Quod cum ita ſit, emendandus erit alter hoc in capite locus, ubi legitur Τί γὰρ ἡμᾶς λυπεῖ, καὶ ἄντρον Ἀταλάντης ἀκοῦσαι: namque ibi legendum ὑμᾶς, *quid vobis incommodi afferet*: adde quod (notes obſecro) hic ἀκοῦσαι, non autem λέγειν dicatur: Sic & alibi orationem ad alios dirigit, ut lib. 3. cap. 10. Ἔνεστι δ' ὑμῖν προτιμῆσαι τὸν ἕτερον. Latini pro hac formula dicunt, *ſi commodum eſt*, *ſi videtur*, quæ ſexcenties apud Ciceronem occurrunt, item *ſi vultis audire*. Petron. *Nec ſe tragœdias veteres curare, aut nomina ſeculis nota, ſed rem ſua memoria factam, quam expoſiturum ſe eſſe, ſi vellemus audire.* Græci quoque varie hoc efferunt. Ut, εἴ σοι βουλομένῳ ἐστίν. Noſter lib. 12. cap. 1. Λυπούμενον Βασιλέα, καὶ ἀλγοῦντα ἀφῖγμαι παραμυθήσασθαι, εἴ σοι βουλομένῳ ἐστίν. Themiſtius Orat. 3. εἰ βούλεσθε dixit, & alibi εἰ πρᾴως ἀνέξεσθε. Pro quo Euripides Hippol. ✠. 693, εἰ δέξῃ. Ἔχω δὲ κἀγὼ πρὸς τάδ', εἰ δέξῃ, λέγειν.

Pſellus lib. de Operat. Dæmon. εἴ τι μὴ ἐπαχθές: quas formulas Græcis uſitatas colligere placuit.

Cap. XVI. Οὔτε τὴν πεθηλυῖαν. Faber V. Cl. emendat ὀφθάλμειαν: at ego retinendam cenſeo: utitur & hac voce Auctor noſter lib. 12. cap. 1. De fructibus autem interpretor: arbores nempe has

has neque lædi quoad plantas, neque quoad fructus. Hinc πηλὸς idem quod *bene germinans* apud Polluc. lib. 1. cap. 12. Onomaſt.

Cap. XXI. Ἐὰν ᾖ εἰς Ἀπόλλωνα. Locus hic merito mihi ſuſpectus cum nihil videam, cum quo cohæreat: tentabant, ἐὰν ᾖ τὴν Ἀπόλλωνος, n. ἁρμονίαν προσαυλῇ, id eſt, ſi quis Celænis in loco, ubi pellis Marſiæ ſuſpenſa eſt, incipit canere tibia harmoniam, qua in eo vincendo uſus eſt Apollo, pellem eam quietam eſſe nec moveri.

Cap. XXVII. Καὶ ταύτῃ ἐνόσουν Ἀθηναῖοι. Faber corrigit καὶ ὅταν, & poſt πανδημεὶ tollit punctum: at mihi aliud ſedet, illaque καὶ ταύτῃ cum præcedentibus jungo, ibique ſententiam finio. Creditum, inquit, eſt Socratis corpus σωφροσύνης ἐγκρατὲς fuiſſe & hinc: nam conjecturam viri clariſſimi plane rejicit particula ᾖ, quæ occurrit in ſequentibus. Ita Heſychius ταύτῃ explicat, οὕτως, τούτῳ τῷ τρόπῳ. Quo ſenſu vox hæc legitur apud Themiſt. Orat. 3. quem locum lib. 3. cap. 1. Vide ſis Lector. & apud Dionyſ. Longinum cap. 2. Περὶ ὕψους. Ταύτῃ καὶ τὰ τοῦ Λεοντίνου Γοργίου γελᾶται. *Hinc vel hoc nomine, hac de cauſa ridentur etiam illa Leontini Gorgiæ.*

Cap. XXXIII. Δικάζοντος ψαμμητίχου. Verba hæc paululum tranſpoſita ſenſum obſcurant: reſtitue: Καὶ ἐκόμιζεν εἰς Μέμφιν, καὶ εἰς

τὸν κόλπον δικάζοντος ψαμμητίχου ἐνέβαλε τὸ ὑπόδημα.

Cap. XL. Τὴν βακτηρίαν. Legitur & hæc vox apud Themiſt. Orat. 13. Νῦν δὲ ὥρα ἐξάγειν καὶ ἐμπορεύεσθαι παρ' ὑμῶν οὐ μὰ Δί, οὐ χρυσὸν, οὐδὲ ξύλα, οὐδὲ πορφύραν, ὥσπερ ἐκ Μετάλλου, ἢ ὄρους ἢ βακτηρίας. Sed locus corruptus, ut recte vidit Petavius, qui emendabat βαπτηρία, quam vocem tamen nullibi ſibi lectam ait: ego lego βαπτερεία, quo vocabulo uſus eſt Eupolis teſte Julio Polluce lib. 7. cap. 33. Sect. 3. Onomaſtici.

Cap. XLII. Συντάξεται δὲ συναγαγεῖν. Lege ex Plutarcho, συντάξειν δὲ καί. Illud quod ſequitur, καὶ ἀφῆκαν αὐτὸν αἰδεσθέντες οἱ δικασταί, mirum quam diverſe Plutarchus narret: non enim ibi pudor ſed riſus, σὺν πολλῷ γέλωτι, quæ quomodo conveniant non video, niſi interpreteris eos à circumſtantibus irriſos.

CAP.

CAP. XVI.

Diſſertatio de Diis, Dæmonibus & Heroibus; eorum differentia inveſtigatur; à Thalete hæc diſtinctio, à quo eam ſumpſit Pythagoras: Iamblichus correctus. Platonis alia diſtinctio, ejus μέγιςος δαίμων, μέγας θεός. Semidei, Ἡμίθεοι, *ſunt* heroës: Ruſtica numina, plebs ſuperum, vappæ & puſilla numina, Senatus Deorum, Semideæ Dryades, Medioxumi, Marini: *Dæmones interpretes Deorum & hominum: ſingulis actionibus ſui Dæmones:* ἔφοροι *cædum*, ἔφορος ὅρκων, ἔφορος λόγου. Genii loci, Dii Locales, Dii Municipes, Dii Topici, *Ælianus correctus:* ἐγχώριοι, ἐντόπιοι θεοὶ, Ἐνναέται, ἰδιόστολοι, *interpres Porphyrii notatus*, Dii tutelares, Πολιεῖς, πολιοῦχοι. *Heſiodus explicatus, Bœotia Neptuno ſacra, & muri Thebarum Marti.*

DIi, Dæmones, & Heroës veteribus accurate diſtinguebantur, quippe quorum & natura & poteſtates diverſæ. Jamblichus cap. 21. lib. 1. de vita Pythag. Περί τε τοῦ θείου, καὶ περὶ τοῦ δαιμονίου, καὶ περὶ τοῦ ἡρωϊκοῦ γένους εὔφημόν τε καὶ ἀγαθὴν ἔχειν διάνοιαν. *Ut de Deo, de Dæmonibus, de Heroibus bene ſentirent & cogitarent.* Ita & idem cap. 11. Ubi ait Pythagoram

omnium ſapientiſſimum judicaſſe, qui rebus nomina impoſuit, ſive is Deus, ſive Dæmon, ſive divinus quidam homo fuerit ſeu heros. Εἴτε δὴ τὸν σοφώτατον τῶν ἁπάντων λεγόμενον, καὶ συντάξαντα τὴν φωνὴν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὸ σύνολον εὑρετὴν καταστάντα τῶν ὀνομάτων, εἴτε θεὸν, εἴτε δαίμονα, εἴτε θεῖον τινὰ ἄνθρωπον. Et differentia hæc vel præcipue in ſacrificiis obſervare licebat: aliter enim Deo, aliter Dæmoni, aliter Heroi ſacra fiebant. Themiſtius Orat. 4. Δίκαια μὲν δὴ καὶ οἱ πάλαι ἔπραξαν ἄνθρωποι ἐφ' Ἡρακλεῖ τῷ Διὸς καὶ Ἀλκμήνης, ἀποθειάσαντες τε αὐτὸν καὶ ἱερὰ ἴδια κατασκευάσαντες καὶ θυσίας θύοντες οὐ μόνον ὅσας Ἥρωϊ θύειν καλὸν ἦν, ἀλλὰ ὅσας δαίμονι ἤδη, ἀλλὰ καὶ ὅσας θεῷ. Hinc Græci cum quem conſecratum dicere volunt, ut ſignificent, quo in gradu novus hic Deus ſit collocatus, addere ſolebant ei ſacrificari, ut Heroi, vel ut Dæmoni, vel ut Deo. Apollonius Dyſcolus cap. 2. Hiſtor. Comment. de Ariſtea Proconneſio quem Siculi coluerunt, eo quod mortuus fuerat viſus à multis docens litteras. Οἱ Σικελοὶ, inquit, ἱερόν τε καθιδρύσαντο αὐτῷ καὶ ἔθυσαν ὡς ἥρωϊ. Neque enim magno Voſſio adſentior, neganti ſacrificium fuiſſe in honoribus Heroicis lib. 1. cap. 12. de Idolol. Nam & oraculum apud Plutarchum in vita Alexandri jubet Τιμᾶν Ἡφαιστίωνα καὶ θύειν ὡς ἥρωϊ. Et heroibus quomodo ſacrificatum ſit docet brevium Scholiorum Auctor ad Homerum, quem locum lib. 1. cap. 12. expli-

explicamus, ubi paulo latius hanc rem tractamus. Hæc autem diſtinctio originem ſuam Thaleti debet. Athenagoras ἐν τῇ Πρεσβ. περὶ Χρισ. pag. 28. Πρῶτος Θαλῆς διαιρεῖ (ὡς οἱ τὰ ἐκείνου διαιροῦντες ἀκριβοῦντες μνημονεύουσιν) εἰς θεὸν, εἰς δαίμονας, εἰς ἥρωας. *Primum igitur Thales triplici diviſione (ut referunt qui Philoſophiam ejus altius ſunt ſcrutati) Deum, dæmones, Heroës nuncupat.* Et poſt quid ſint explicat ex ejus ſententia Auctor Chriſtianus. Ἀλλὰ θεὸν μὲν τὸν νοῦν τοῦ κόσμου ἄγει, δαίμονας δὲ οὐσίας νοεῖ ψυχικὰς, καὶ ἥρωας τὰς χωρισμένας ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων. *Deum autem definit eſſe mentem mundi, dæmonas eſſentias animales ſeu ſpirituales, heroas ſeparatas hominum animas.* Ex quo ſine dubio doctrinam ſuam hauſit Pythagoras, qui primus hanc de Divinitate opinionem in medium protuliſſe dicitur à Jamblicho cap. 6. ubi legitur περὶ θεῶν καὶ ἡρώων, καὶ δαιμόνων, non autem περὶ θεοῦ ut apud Athenagoram; quod tamen melius videtur, cum Pythagoras ſtatuerit unum Deum, & quidem ſummum, à quo omnia bona in homines derivantur, à quo etiam omnia honeſta petenda ſunt, ut patet ex loco elegantiſſimo, qui legitur apud Jamblich. lib. 1. cap. 28. Ὅτι, inquit, γελοῖον ποιοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, ἄλλοθεν πόθεν ζητοῦντες τὸ εὖ ἢ παρὰ τῶν θεῶν. Καὶ ὅμοιον ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν βασιλευομένῃ χώρᾳ τῶν πολιτῶν τινὰ ὕπαρχον θεραπεύσῃ, ἀμελήσας αὐτοῦ τοῦ πάντων ἄρχοντος. Τοιοῦτον γὰρ οἴονται ποιεῖν τοὺς ἀνθρώ-

πους. Ἐπεὶ γάρ ἐστι τὲ θεος, καὶ οὗτος πάντων κύριος, δεῖ δὴ ὁμολογεῖν ὅτι περὶ τοῦ κυρίου τἀγαθόν ἐστι. Ita locus corruptiſſimus reſtituendus: nam eo tendit omnis oratio, ut probet à Deo omne bonum eſſe, quia eſt omnium rerum Dominus. *Siquidem homines rem ridiculam committunt, qui quod rectum honeſtumque eſt aliunde quam ab ipſis Diis petunt. Æque ac ſi quis in regno aliquo, civium quemquam principem colat, neglecto ipſo rege. Tale namque homines facere arbitrantur. Cum enim Deus ſit, & hic omnium dominus, confitendum eſt, omne bonum a Deo eſſe.* O ſi nunc viveret Pythagoras! Sic & Plato his in rebus ſuas ſibi diſtinctiones habuit, magnaque apud eum differentia eſt inter θεοὺς, δαίμονας, & μέγαν θεὸν, quem lib. 3. de Republ. vocat τὸν μέγιστον τῶν θεῶν ἁπάντων: de quo ſic etiam loquitur in Phœdro: Ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς ἐλαύνων πτηνὸν ἅρμα πρῶτος πορεύεται διακοσμῶν πάντα, καὶ ἐπιμελούμενος· τῷ δ' ἕπεται στρατιὰ θεῶν τε καὶ δαιμόνων κατὰ δώδεκα μέρη κεκοσμημένη. Quem etiam vocavit τὸν τοῦ παντὸς κυβερνήτην, καὶ μέγιστον δαίμονα, *totius mundi gubernatorem & Maximum Dæmonem*, teſte Polluce lib. 1. cap. 1. eumque Deum ſic deſcribit Porphyrius lib. 2. περὶ ἀποχῆς ex ſententia Platonicorum: Ὁ μὲν, inquit, πρῶτος θεὸς ἀσώματός τε ὢν καὶ ἀκίνητος, καὶ ἀμέριστος, καὶ οὐδὲ ἔν τινι ὢν, οὔτε ἐνδεδεμένος εἰς ἑαυτὸν χρήζει οὐδενὸς τοῦ ἔξωθεν. Quæ verba piiſſima pariter &

ele-

elegantiſſima Latine ſic vertenda. *Primus Deus incorporeus, immobilis, non circumſcriptus, loco non incluſus, in ſe non revinctus, nullius rei, quæ extra ſe ſit, miniſterio indiget.* Sed aliam longe Platonis differentiam nobis ſuggerit Athenagoras loco ſupra citato, ait enim Platonem divinitates diſtinxiſſe in *Deum*, *Stellas*, & *Dæmonas*. Πλάτων ἢ, inquit, τὰ ἄλλα ἐπέχων καὶ αὐτὸς εἴς τε τὸ ἀγένητον θεὸν καὶ τοὺς ὑπὸ τοῦ ἀγενήτου εἰς κόσμον τοῦ οὐρανοῦ γεγονότας, τούς τε πλανήτας καὶ τοὺς ἀπλανεῖς ἀστέρας, καὶ εἰς δαίμονας τέμνει: quæ hic non excutiam. Cæterum Heroës alio nomine etiam *Semidei* dicebantur, qui dignitate minima erant, quippe in quibus humana natura prævalere credebatur. Servius ad lib. 1. Æneid. ℣. 200. *Heros, vir fortis, Semideus, plus ab homine habens.* Nec aliter Græcis Ἡμίθεοι ponuntur, nam Jamblichus cap. 8. Majores ait fuiſſe τοὺς μὲν θεοὺς τῶν δαιμόνων, ἐκείνους ἢ τῶν ἡμιθέων, τοὺς δὲ ἥρωας τῶν ἀνθρώπων. Marcellus ſeu quiſquis Auctor dedicationis Statuæ Regillæ, heroinam deſcribens, ait eam nec hominem nec Deam eſſe,

Οὐ μὲν γὰρ θνητή, ἀτὰρ οὐδὲ θέαινα τέτυκται.

Adeo ut heroës medii eſſent inter homines & Deos, quod non dubitarunt dicere etiam veteres de hominibus viventibus, & in omnium virtutum exempla genitis. Eunapius in Procem. de Apollonio Thyaneo: Ἀπολλώνιός τε ὁ ἐκ Τυάνων, οὐκέτι φιλόσοφος, ἀλλ' ἦν τι θεῶν τε καὶ ἀνθρώ-

ἀνθρώπων μέσων. Et hi Semidei à plebe Deorum etiam erant diſtincti, quare eorum ut diverſorum meminit Ovidius in Ibin.

Vos quoque plebs ſuperum, Fauni, Satyrique, Lareſque
Fluminaque & Nymphæ, Semideumque genus.

Idemque eos etiam diſtinguit lib. 1. Metamorphoſeos.

Sunt mihi Semidei, ſunt ruſtica numina, Fauni,
Et Nymphæ, Satyrique & monticolæ Sylvani,

Ruſtica numina, & *plebs ſuperum* his locis non differunt, à quibus *Semidei* ſeparati, qui non fuerunt numina ruſtica, ſed homines beneficio mortalium, & per ſua fortia facta in Deos relati. Fauni non fuerunt ἡμίθεοι, ut vult magnus Caſaubonus lib. 1. cap. 2. de Satyrica Græcor. Poëſi. ſed Dii aut plebs Deorum, qui plane Dii eſſe à miſeris mortalibus credebantur: *plebs habitat diverſa locis*, quos elegantiſſime Poëta vetus *vappas & puſila numina* vocat,

Huc huc quiſquis es in Dei ſalacis
Diverti grave ne puta ſacellum,
Et ſi nocte fuit puella tecum,
Hac re quod metuas adire non eſt,
Iſtuc cœlitibus datur ſeveris,
Nos vappæ ſumus & puſilla culti
Ruris numina ———

Hi vocantur *Dii gregales*, *Dii plebeji*, ab Auguſtino, quibus opponit *Selectos*, quos eleganter

ter lib. 7. cap. 3. de Civit. Dei, *Senatum* vocat. *Cum igitur in his minutis operibus, quæ minutatim Diis pluribus diſtributa ſunt, etiam ipſos ſelectos videamus, tanquam Senatum cum plebe pariter operari.* Hæc tamen inter *Semideos* & plebem deorum differentia non adeo religioſe obſervatur, nam *Semideæ Dryades* leguntur apud Ovid. Epiſt. 4. Idemque quod de heroibus dixerunt: eos ſcilicet Natura homines præſtare, etiam attributum Silenis Satyriſque legimus. Ælian. lib. 3. cap. 18. Νύμφης δὲ παῖς ὁ Σιληνὸς οὗτος, θεοῦ μὲν ἀφανέστερος τὴν φύσιν, ἀνθρώπου δὲ κρείττων καὶ θανάτου ἦν. Quod etiam dicebant de *Medioxumis*. Apulejus in lib. de habit. Doctr. Platonicæ: *Tertium habent quos Medioxumos Romani veteres appellant, quod & ſui ratione & loco, & poteſtate Diis ſummis ſunt minores, hominum profecto natura majores.* Quos eoſdem cum *Marinis* faciebant. Serv. ad lib. 3. Æneid. ℣. 132. *Quidam aras ſuperorum Deorum volunt eſſe, Medioxumorum*, id eſt, *marinorum focos, inferorum vero mundos.* In quibus poſtremis ἐπέχω. Et hos eoſdem cum dæmonibus fuiſſe credo, quorum alii in aquis, alii in luna, alii alibi habitare credebantur. Secundum illud quod dixi teſtatur Jamblichus lib. 1. cap. 6. ubi narrat, quomodo alii putaverint Pythagoram eſſe Apollinem Hyperboreum, alii Pæonem, ὁ δὲ τῶν τὴν σελήνην κατοικούντων δαιμόνων ἕνα. Erant præterea qui nocte

ſua

ſua munia obibant: Talem δαίμονα νυκτοφύλακα vocat Lucianus in Peregrino. Erantque hi velut interpretes inter Deos & homines, & viciſſim hominum ad deos. Apulejus de Dogm. Platonis: *Dæmones quos genios & Lares poſſumus nuncupare, miniſtros Deorum arbitrantur, cuſtodeſque hominum, & interpretes ſi quid à Diis velint.* Docet idem Porphyrius lib. 2. Περὶ ἀποχῆς, ubi de multis Dæmonum differentiis agit, quas hic tractare nihil attinet, generalia enim perſequimur. Ἐν δὲ τούτοις, ait, ἀριθμητέον καὶ τοὺς πορθμεύοντας, ὡς φησὶ Πλάτων καὶ διαγγέλλοντας τὰ παρ' ἀνθρώπων θεοῖς, καὶ τὰ παρὰ θεῶν ἀνθρώποις, τὰς μὲν παρ' ἡμῶν εὐχὰς ὡς πρὸς δικαστὰς ἀναφέροντας τοὺς θεοὺς, τὰς δὲ ἐκείνων παραινήσεις καὶ νουθεσίας μετὰ μαντειῶν ἐκφέροντας ἡμῖν. *Cum iſtis connumerari poſſunt portitores, ut ait Plato, & Deorum ad homines, & hominum ad Deos nuntii, quique noſtras preces ad Deos tanquam ad judices referunt, & illorum admonitiones & correctiones per divinationes nobis reportant.* Et Plutarchus in libro de Fato ait eos conſtitutos eſſe obſervatores & ἐπισκόπους humanarum actionum, τεταγμένους eos vocat τῶν ἀνθρωπίνων πράξεων φύλακας καὶ ἐπισκόπους, ita ut ſingulæ actiones ſuos habuerint Dæmones. Sane Eumenides erant ἔφοροι cædium, quomodo eas vocat Scholiaſtes Euripidis ad Oreſtem: Themis ἔφορος ὅρκων, idem ad Med. Mercurius ἔφορος λόγου καὶ ἀληθείας, ut appellatur

tur à Suida in Ἑρμῶν. Præterea hi Dæmones certis locis & regionibus præerant, tuncque dicebantur *Genii loci* inſcriptio apud Gruter. V I. pag. 4. I. O. M. ET. GENIO. LOCI. DIS. D. Q. OMNIBUS, & ſæpius alibi, quos Ammianus Marcell. *Locales* vocat, ut alibi dixit *Locales ærumnas*, & *locales miſerias*. Minut. Felix in Octavio *Deos municipes*. *Inde adeo per univerſa imperia, provincias, oppida, videmus ſingulos ſacrorum ritus gentiles habere, & deos colere municipes, ut Eleuſinios Cererem, Phrygas Matrem, Epidaurios Æſculapium, Chaldæos Belum, Aſtarten Syros, Dianam Taurios, Gallos Mercurium, univerſa Romanos.* Et Servio ad lib. 7. Æneid. ℣. 47. *Dii topici* dicuntur. *Dii enim Topici*, id eſt, *Locales ad alias regiones nunquam tranſeunt:* Et ita ſuſpicatus ſum aliquando, emendandum eſſe Ælianum lib. 2. ποικ. cap. 28, ubi Themiſtocles Athenienſes ad pugnam viſo Gallorum certamine incitat. Ἀλλ' οὔτοι, ait, οὔτε ὑπὲρ πατρίδος, οὔτε ὑπὲρ πατρῴων θεῶν, οὐδὲ μὴν ὑπὲρ τοπικῶν ἡρώων κακοπαθοῦσιν: hodie legitur γονικῶν. Quod non quadrat. ἥρωες ἐγχώριοι leguntur in lege Draconis, quæ exſtat apud Porphyrium lib. 4. de Abſt. Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις κύριος, τὸν ἅπαντα χρόνον. Θεοὺς τιμᾷν, καὶ ἥρωας ἐγχωρίους ἐν κοινῷ, ἑπομένοις νόμοις πατρίοις, ἰδίᾳ κατὰ δύναμιν σὺν εὐφημίᾳ καὶ ἀπαρχαῖς καρπῶν πελάνους ἐπετείους. Quæ poſtrema corrupta recte emendat

Peti-

Petitus : Πελάνοις ἐπετείοις. *Lex ſit perpetua Atticam incolentibus, eaque rata ſit omni tempore. Deos & Heroas locales communiter eſſe honorandos ſecundum ſanctiones patrias, privatim vero pro ſua cujuſque facultate, bonis verbis, frugumque primitiis, & libis annuis.* Sic dicebant ἐγχωρίους & ἐντοπίους θεοὺς, Iſis erat ἐγχώριος θεὸς Ægypti. Heliod. lib. 1. Æthiop. Οἱ μὲν γὰρ θεὸν Ἶσιν ἔλεγον, καὶ θεὸν Ἄρτεμιν, ἢ τὴν ἐγχώριον Ἶσιν. Sed illud jam viris doctis probatum. Præterea Ἐνναέται dicti, Apollon. Rhod. lib. 1. Argonaut. ℣. 921.

Δαίμονες ἐνναέται, τὰ μὲν οὐ θέμις ἄμμιν ἀείδειν.

Idemque ℣. 1126. Matrem Deum vocat Ἐνναέτην Phrygiæ, quæ Virgilio dicitur *cultrix Phrygiæ*,

Μητέρα Δινδυμίην πολυπότνιαν ἐγκαλέοντες,
Ἐνναέτην Φρυγίης ———

Et rurſus fine lib. 2.

Αὐτὸς δ' Αἰσονίδης χρυσέῳ ποταμόνδε κυπέλλῳ
Οἴνου ἀκηρασίοιο μελισταγέας χέε λοιβάς,
Γαίῃ τ' ἐνναέταις τε θεοῖς, ψυχαῖς τε καμόντων
Ἡρώων ———

Ubi explicat Scholiaſtes: Τοῖς ἐγχωρίοις θεοῖς, notatque Peregrinantes ſolitos fuiſſe geniis loci & Heroibus ſacrificare: Τοὺς γὰρ ἐπιδημοῦντας ἔθος ἦν ἐν τῇ ἀλλοδαπῇ θύειν θεοῖς ἐπιχωρίοις καὶ ἥρωσι. Hos autem Deos locales Plato peculiari nomine ἰδιοστόλους vocare ſolebat, ſi interpreti Porphyrii credimus: Locus eſt lib. 2. Περὶ ἀπο-

ἀποχῆς: Λοιπὸν οὖν, ἡμῖν ἐστὶ τὸ τῶν ἀοράτων πλῆθος, οὓς δαίμονας ἰδιοςόλους εἴρηκε Πλάτων. *Reſtat igitur nobis inviſibilium* multitudinem *exponere, quos Plato Dæmones vocat* ἰδιοςόλους *ſive quarundam nationum peculiares.* At vereor ne hic erraverit, cum mihi largior hujus vocis ſignificatio videatur, & non tantùm eos ita dici credam qui alicui populo peculiares ſunt, ſed etiam qui aliis rebus, ut fructibus, imbribus, ſerenitatibus, aliiſque, quæ in ſequentibus commemorantur, præſunt: nam ἰδιόςολος is dicitur, qui ad aliquam rem peculiarem tutandam agendamve miſſus eſt. Qui erant iidem cum Diis tutelaribus, qui peculiari cura & ratione urbes tutari credebantur, ita *Corinthus* fuit in tutela Palladis Euripid. Med. ℣. 771. *Carthago* Æſculapii, ut videre eſt apud Apulej. in Floridis: quos Deos Græci πολιούχους vocant. Inſcriptio v. pag. 68. apud Gruterum,

ΑCΚΛΗΠΙω
ΚΑΙ ΥΓΕΙΑ
CωΤΗΡCΙΝ
ΠΟΛΙΟΥΧΟΙC.

Quod nomen Minervæ quaſi peculiare fuit, ut ex Ariſtide patet, quia ſcilicet in Arce, quæ κατ' ἐξοχὴν vocabatur πόλις, colebatur. Æliano dicuntur πολιεῖς lib. x i. cap. 33. de Animal. Ἀλλὰ ἀνάπτει τῷ πολιεῖ Διῒ, κρίνας ἀνάθημα ἐπάξιον τῷ θεῷ τὸν ὄρνιν τὸν περιεργημένον. Et hoc pacto urbes horum Deorum ſacræ fiebant, quibus

interdum hanc ob cauſam regiones totæ conſervabantur, ut Bœotia in tutela fuit Neptuni. Brevium Scholiorum Auctor ad Homer. Iliad. E. ℣. 422. Ἐπεὶ ἡ Βοιωτία ὅλη ἱερὰ Ποσειδῶνος. Cui etiam peculiari ratione Thebæ, caput Bœotiæ, ſacratæ, ut non obſcure indicat Heſiodus in Scuto ℣. 104.

—— καὶ Ταῦρος Ἐννοσίγαιος

Ὅς Θήβης κρήδεμνον ἔχει, ῥύεταί τε πόληα.

Quod autem Thebarum mœnia eum ait tenuiſſe, non putandum eſt, Heſiodum velle hos muros Neptuno ſacros fuiſſe, ſed quia murorum urbis cujuſcunque fundamenta Deus ille tuetur. Servius ad 2. Æneid. ℣. 610. *Neptunum muros, ipſi enim fundamenta ſunt conſecrata, cujus & moventur arbitrio, unde ἐννοσίχθων dicitur, hoc eſt terram movens aquæ concuſſione.* Nam muri Thebarum Marti ſacri. Homerus Iliad. Δ. ℣. 407.

Ἡμεῖς καὶ Θήβης ἕδος εἵλομεν ἑπταπύλοιο,

Παυρότερον λαὸν ἀγαγόνθ᾽ ὑπὸ τεῖχος Ἄρειον.

Grammatici recte explicant Ἄρεος ἱερόν: quare murum illum ἱερὸν τεῖχος vocat Euripid. Hippol. ℣. 555.

Ὦ Θήβας ἱερὸν τεῖχος ——

O ſacer Thebarum murus. ——

CAP.

CAP. XVII.

Antiquitates Thebarum illuſtratæ. Quæ tria buſta: Celebria circa Thebas. Septem Virginum, Zethi & Amphionis & Semelæ; Hyginus correctus. De Numero liberorum Niobes diſputatum, & diverſiſſimæ Auctorum ſuper ea re ſententiæ, Ovidii, Laſii Hermienſis, Heſiodi, Alcmanis, Apollodori, Hygini, Herodoti, Pherecydis, Hellanici, Xanthi, Philoxeni, Æſchyli, Ariſtophanis & Euripidis.

CIrca Thebas Bœotias fuerunt tria monumenta celebria, quorum primum erat ſeptem virginum: Alterum Zethi & Amphionis, tertium Semelæ. Septem illæ virgines fuerunt filiæ Niobes, quibus illa freta ſe tam magnifice efferebat, & ſpernere ipſam Latonam audebat; apud Ovid. lib. 6. Metamorph. ait inter cætera:

—— —— accedit eodem
Digna Deæ facies, huc natas adjice ſeptem,
Et totidem juvenes, & mox generoſque nuruſque.
Quærite nunc, habeat quam noſtra ſuperbia cauſam:
Neſcio quoque audite ſatam Titanida Cœo
Latonam præferre mihi, cui maxima quondam
Exiguam ſedem paritura terra negavit.

Nam licet Homerus Iliad. Ω. ſex filios ſolum &

ſex filias numeret, optima tamen & probatiſſima opinio eſt Niobem ſeptem utriuſque ſexus germina vidiſſe: id quod etiam teſtatur Laſius Hermienſis Poëta antiquiſſimus apud Ælian. lib. 12. ποικίλης cap. 36. Ἐοίκασιν οἱ ἀρχαῖοι ὑπὲρ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν τῆς Νιόβης παίδων μὴ συνᾴδειν ἀλλήλοις. Ὅμηρος μὲν ἓξ λέγει, καὶ τοσαύτας κόρας. Λάσος δὲ δὶς ἑπτὰ λέγει. Narratque in ſequentibus Ælianus, Heſiodum ei tribuiſſe novemdecim, ſi carmina illa, quibus iſtud continetur Heſiodi ſunt, Alcmanum vero decem: Mimermum & Pindarum viginti. Ἡσίοδος δὲ ἐννέα καὶ δέκα. Εἰ μὴ ἄρα οὐκ εἰσιν Ἡσιόδου τὰ ἔπη, ἀλλ' ὡς πολλὰ καὶ ἄλλα κατέψευσθαι αὐτοῦ. Ἀλκμὰν δέκα φησί· Μίμερμος εἴκοσι, καὶ Πίνδαρος τοσαύτους. Sed, ut dixi, optimum eſt credere quatuordecim fuiſſe, maxime cum & Apollodorus lib. 3. Bibliotheces omnium nomina recenſeat, & maſculorum quidem nomina fuerunt Sipylus, Minytus, Iſmenus, Damaſichton, Agenor, Phædimus & Tantalus: Virginum vero: Ethodæa, ſeu ut alii volunt, Thera, Cleodoxa, Aſtyoche, Phtia, Pelopia, Aſtycratea, Ogygia. Quorum nonnulla aliter leguntur apud Hyginum Fab. x1. Nam ibi mares vocantur Tantalus, Iſmenus, Eupinus, Phædimus, Sipulus, Sictothius, Archenor: Virgines vero Lerta, Chiade, Chloris, Aſtygratia, Siboë, Eudoxa, Ogigia. Sed corrige & lege cum Apollodora Aſtycratea: ne-

que enim fieri poteſt ut ante cognitam linguam Latinam, voces ex illa & Græca fuerint compoſita, quod poſtea factum eſſe *Anticatones* Cæſaris & aliæ voces demonſtrant: reliqua nomina Hygino & Apollodoro inter ſe collatis poſſunt emendari. Sed ab his longe recedit Herodotus, qui duos quidem mares Amphioni & Niobæ, tres autem fœminas tribuit, ut teſtis Apollodorus dicto loco: Ἡρόδοτος δὲ δύο μὲν ἄρρενας, τρεῖς δὲ θηλείας. Qui ibidem ait Heſiodum retuliſſe, Nioben decem filios, totidemque filias genuiſſe. Pherecydes vero ſex filios, totidem filias ait fuiſſe, nomina eorum recenſet, maſculoſque vocat, Ἀλαλκομενέα, Φηρέα, Εὔδωρον, Λύσιππον, Ξάνθον, Ἀργεῖον: Filias vero, Κιόνην, Κλυτίαν, Μελίαν, Ὤρην, Λαμίππην, Πελοπίαν: A quo in diverſum rurſus abit Hellanicus ἐν τῇ ἐπιγραφῇ Ἀτλαντίδος, & quatuor quidem filios, tres vero filias memorat; Xanthus vero Lydius & Philoxenus Aſſyrius decem, ut videre licet apud Scholiaſtem Euripidis. Sed de talibus deſſenſionibus & in diverſum abeuntibus opinionibus quis ſententiam ferat, maxime cum & illi qui ſeptem numerent ajunt unam non fuiſſe interfectam. Hyginus Fab. 9. *Et Diana filias in regia ſagittis interfecit, præter Chloridem.* Quam & nupſiſſe Neleo Hippocoontis filio, eumque ex illa procreaſſe liberos maſculos duodecim capite ſequente idem Auctor refert. Cum tamen

ſeptem occubuiſſe narret Ovidius lib. 6. nam ait:

Sexque datis leto, diverſaque vulnera paſſis
Ultima reſtabat: quam toto corpore mater,
Tota veſte tegens, unam, minimamq; relinque.
De multis minimam poſco, clamavit, & unam,
Dumque rogat, pro qua rogat, occidit ——

Quod etiam non obſcure indicat monumentum illud, quod ab earum nomine ſeptem virginum eſt nominatum, cujus meminit Euripides Phœniſ. v. 163.

Ἐκεῖνος ἑπτὰ παρθένων τάφου πέλας
Νιόβης, Ἀδράστῳ πλησίον παραστατεῖ.
Ille propter ſepulchrum ſeptem virginum
Niobes, ſtat prope Adraſtum.

Eundemque liberorum numerum ipſi tribuunt Æſchylus & Ariſtophanes in Niobe, imo etiam Euripides in tragœdia deperdita cui nomen Κλεοφόντη. Ubi ſic loquitur: *καὶ δὶς ἑπτὰ αὐτῆς τέκνα Νιόβης θανόντα Λοξίου τοξεύμασιν.* Cæterum ut etiam Poëtarum fabulas evolvamus, certus ſum ſi aliqua talibus adhibenda fides, hos Niobes filios filiaſque peſte contactas interiiſſe, nam & ſic Homerus initio Iliados A. fingit Apollinem mittere ſagittam in exercitum Græcorum, & poſtea inſecutam peſtem. Sepulchri autem Zethi & Amphionis mentio eſt apud eundem Euripidem v. 147. ejuſdem Tragœdiæ, quod interdum abſolute Zethi, interdum vero Amphionis vocatur, adeo ut hi meliore

meliore fato uſi ſint quam Pollux, nam geminis fratribus in fora ædes poſita *Caſtoris* tantum vocata fuit, ut videre licet apud Sueton. Jul. cap. 10. Sunt autem verba Poëtæ:

Τίς δ' οὗτος ἀμφὶ μνῆμα τοῦ Ζήθου περᾷ.

Quis iſte, qui circa monumentum Zethi tranſit. Notat Scholiaſtes: Κοινὸς μὲν ἀμφοῖν ὁ τάφος Ζήθου καὶ Ἀμφίονος: Συλληπτικῶς οὖν εἶπε· τινὲς δέ φασι τοῦ Ἀμφίονος: Ita enim legendum, non Ἀμφίονα: Τὸν Ἀμφίονος ſcil. τάφον. Tertium fuit ſepulchrum Semelæ, quod fuit in monte Cithærone (qui ante dictus *Aſterius*, teſte Auctore de Fluminibus cap. de Iſmeno) circa Thebas. Scholiaſtes Euripid. ad ℣. 1740. in Phœniſ. Ὁ τάφος τῆς Σεμέλης ὅπου ἐστὶν ἐν Κιθαιρῶνι, quem montem Thebis proximum fuiſſe docet Strabo lib. 9. Καὶ ὁ Κιθαιρὼν δ' οὐκ ἄπωθεν τῶν Θηβῶν τελευτᾷ. *Et Cithæron mons haud procul Thebis deſinit*, unde corrigendus Hyginus Fabul. 9. ubi hodie legitur. *Amphion & Zethus Iovis & Antiopes Nyctei filii, juſſu Apollinis Thebas muro circumcinxerunt uſque ad Semeduſtum.* Quod correcturus an explicaturus? Is qui majorem editionem adornandam ſibi ſumpſit, apponit, *inædificatum*: Εὖ, νὴ τὸν Δία, καὶ ὑπέρευ: Sed emenda, uſque *ad Semelæ buſtum*, quem tamen locum jam occupaſſe magnum Turnebum miſit ad me vir doctiſſimus Joh. Fredericus Gronovius, cui plurimum hæc ſtudia noſtra debent, æternumque debebunt.

CAP. XVIII.

Duarum vocum rarior ſignificatio : Bellum *de rixa uxoris & mariti :* Εὐνὴ ἀπόλεμος, Domus *de quocunque receptaculo. Quintilianus tentatus.*

BElla gerere dicuntur uxor & maritus, dum ſimultates exercent, rixantur, & jurgiis contendunt. Cicer. lib. 2. ad Attic. Epiſt. 1. de Clodia Clodii ſorore, quæ nupta Metello conſuli fuerat. *Ea enim eſt ſeditioſa : ea cum viro bellum gerit, neque ſolum cum Metello, ſed etiam cum Fabio, quod eos in hoc eſſe moleſte fert.* Loquitur quaſi de re publica rurſus lib. 13. Epiſt. 45. *Cum ille quereretur filio cum matre bellum, & ſe ob eam cauſam domo ceſſurum filio diceret.* Terentius Eunuch. 1, 1. de Amore meretricio:

In amore hæc omnia inſunt vitia : injuriæ,
Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rurſum ——

Quem locum imitatus eſt Horatius lib. 1. Satyr. 3.

——————— *ô here, quæ res*
Nec modum habet, neque conſilium, ratione modoque
Tractari non vult; in amore hæc ſunt mala : bellum,
Pax rurſum ——————

Nec

Nec abhorrent hac ab elegantia Græci, quibus ἀπόλεμος εὐνὴ eſt *pacatus lectus*, ſeu *pacatum conjugium*. Euripid. Medea verſu 643.

——— ——— ὦ δεινὰ Κύπρις

Ἀπολέμους εὐνὰς σεβίζου-

σ', ὀξύφρων κρίνοι λέχη γυναικῶν.

——— ——— *ô potens Venus,*

Pacata conjugia colens,

Acie ingenii pollens diſcerne lectos mulierum.

Qua eadem ratione Terentius in Andria 5, 1, 11. & Plautus Amph. 1, 2. *ſeditionem* dixerunt. Illius quidem verba ſunt:

— — *perpuliſti me, ut homini adoleſcentulo*

In alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria

Filiam darem in ſeditionem, atque incertas nuptias.

Hujus vero:

Nam Amphitruo actutum uxori turbas conciet,

Atque inſimulabit eam probri, tum meus pater

Eam ſeditionem in tranquillum conferet.

Alterum quod hic ob oculos ponere volumus eſt notio quædam abſtruſior vocis *Domus*, quæ non ſolum uſurpatur, quando de ædificiis loquimur, ſed de omni receptaculo ferarum, aviumque. *Domus formicæ* apud Phæd. Fab. 80.

Me copioſa recipit incolumem domus.

Qui idem Fab. 37. receptaculum teſtudinis ita appellat:

Aquila in ſublime ſuſtulit teſtudinem,
Quæ cum abdidiſſet cornea corpus domo,
Nec ullo pacto lædi poſſet condita.

Quomodo *cochlea* apud Cicer. 2. de Divinat. *domiporta* vocatur, notante Rigaltio: atque ita emendabam nonnunquam Quintilianum. Decl. 13. *Age porro, ut non ſit earum certa poſſeſſio dum volant: nempe quia cum remearunt, concludi, transferri, donari, venire poſſunt, in poteſtate ſunt.* Tentabam ego: *nempe quia domum remeant. Domum* vocat alvearia: paulo ante: *An non ipſæ domum ſua ſponte revolant.* At δόμος apud Græcos longe latiore ſenſu pro omni re ponitur, quæ aliquid in ſe continet. Euripides in Alceſt. ℣. 158.

——— ἐκ δ' ἑλοῦσα κεδρίνων δόμων
Ἐσθῆτα, κόσμον τ', εὐπρεπῶς ἠσκήσατο.

Id eſt, *veſtem ſumens ex cedrinis arcis*, quas δόμους vocat: ſic Philoni veſtes dicuntur οἰκίαι φορηταὶ *portatiles domus*, quia ſcilicet viatores, alioſque tegunt.

Cap. XIX.

Formulæ quibus Græci cædes exprimunt. Αἷμα δρᾶν, ἐργάζεσθαι, πράττειν *pro* occidere. *Locus Euripidis explicatus* ἔχειν αἷμα. *Alter ejuſdem expoſitus.* Ζῆν καθ' ἡμέραν. Vivere in diem: *Rurſus Euripides illuſtratus, ut & Horatius.*

NIhil æque Græcas hiſtorias legentem delectat, quam elegantiſſimæ dicendi formulæ: egoque ſic exiſtimo his in notandis & excerpendis deſudare rem eſſe alicujus pretii, operamque illos optime collocare, qui illis obſervatis alios hinc auctorum locos vel emendant vel explicant. Unum & alterum exemplum ob oculos ponam. Αἷμα δρᾶν quod proprie ſignificat, *facere ſanguinem* eſt *occidere*. Euripid. Oreſt. v. 406.

Πυλάδης, ὁ συνδρῶν αἷμα καὶ μητρὸς φόνον.

Pro quo v. 284. ἐργάζομαι uſurpat.

Σὺ μὲν γὰρ ἐπένδυσας τάδ', εἴργασται δ' ἐμοὶ
Μητρῷον αἷμα. ———————

Tu quidem approbaſti hæc, ſed ego matrem occidi.

Et πρᾶξαι. v. 834.

Τίς νόσος, ἢ τίνα δάκρυα,
Καὶ τίς ἔλεος μείζων κατὰ γᾶν
Ἢ ματροκτόνον αἷμα χειρὶ θέσθαι;
Quis morbus, aut quæ lacrymæ,

Aut

Aut quæ miſericordia eſt major in terra
Quam fieri homicidam matris?

Πράττειν. v. 1139.

Σοὶ πολλὰ κἀμοὶ κέδν᾽ ἀρώμενοι τυχεῖν,
Κακῆς γυναικὸς οὕνεχ᾽ αἷμ᾽ ἐπράξαμεν.

Sed nunc locus examinandus, qui ex hac loquendi forma interpretari debet: is eſt in eadem Tragœdia. v. 193.

Ἐξέθυσ᾽ ὁ Φοῖβος ἡμᾶς
Μέλεον ἀπόφονον αἷμα δοὺς
Πατροφόνου ματρός ——

Vertit Canterus: *Perdidit nos Phœbus dans miſerum ſanguinem mutuam necem patricidæ matris:* quæ interpretatio mihi nequaquam ſatisfacit, nec quid ſibi velit video: nam *mutuam necem* in Græco non reperias. Jungenda autem illa verba αἷμα μέλεον ἀπόφονον, quomodo interdum Latini & Græci uni nomini duo adjectiva jungunt. Eurip. Oreſt. v. 225.

Ὦ βοστρύχων πινῶδες ἄθλιον κάρα.

Quod tamen apud Latinos vitioſum eſſe notant Grammatici. Servius ad 2. Æneid. *Inſigne decorum. Ornamentum decorum. Non enim ſunt duo epitheta quod apud Latinos vitioſum eſt.* Præterea δίδωμι hic non ſignificat dare, ſed *permittere*, & *concedere:* Quare totum locum verto: *Perdidit nos Phœbus, miſerum, injuſtum ſanguinem permittens Patricidæ matris:* ſcilicet δρᾶν vel πράττειν nihilque aliud ſignificare vult, quam Phœbum oraculo ſuo cædem matris

matris permiſiſſe. Ita è contrario interdum vox αἷμα omittitur, ut in Medea. v. 1319. Ἡ εἰργασμένη eſt quæ cædem fecit, loquitur ipſa:

Τί τὰς δὲ κινεῖς κἀναμοχλεύεις πύλας,
Νεκροὺς ἐρευνῶν, κἀμὲ τὴν εἰργασμένην.
Quid haſce moves, & vectibus removes portas,
Quærens mortuos, & me quæ cædem patravi.

Unde etiam explicandus alter apud eundem in Oreſte locus, v. 1040.

Ἅλις τὸ μητρὸς αἷμ᾽ ἔχω, σὲ δ᾽ οὐ κτενῶ.

Subauditur enim *feciſſe.* Nunc ad alterum locum Euripidis pergo, male intellectum ob non perceptam vim formulæ ζῆν καθ᾽ ἡμέραν. Ulyſſes in Hecuba miſſus ad reginam illam, fortunæ infeliciſſimæ exemplum, ut Polyxenam mactandam ad tumulum Achillis ab ea abduceret, incipit ab honore, quem Græci Achilli debent, eumque eſſe ſolvendum, cum nihil gratius poſſit mortuo accidere quam honeſtæ & magnificæ exſequiæ. Deinde de ſe ſic loquitur. ℣. 317.

Καὶ μὴν ἔμοιγε ζῶντι μὲν καθ᾽ ἡμέραν,
Κ᾽ εἰ σμικρ᾽ ἔχοιμι πάντ᾽ ἂν ἀρκούντως ἔχοι.
Atqui mihi quidem viventi in dies,
Etſi pauca habeam, omnia ſufficient.

Quæ diſtincta & verſa, quaſi Euripides τὸ καθ᾽ ἡμέραν junxerit cum ζῶντι, quod mihi quidem ſecus videtur: neque enim mihi ſit veriſimile Euripidem, qui artis Tragicæ regula quædam & norma eſt, non attendiſſe decoro, & introduxiſſe

duxiſſe Ulyſſem adeo negligentem ut de unico ſolum die cogitet, quare ego verba illa καθ' ἡμέραν ultimo membro jungo, ut ſenſus ſit, *in diem omnia mihi ſufficient*, ſeu, quamdiu vivo, per totum vitæ tempus. Nam τὸ καθ' ἡμέραν ita ſumitur, ut ſit poſitum pro, *de die in diem.* Eadem Trag. v. 627.

——— Κεῖνος δ' ὀλβιώτατος,
Ὅτῳ κατ' ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν.
——— *Ille vero feliciſſimus*
Cui de die in diem nihil accidit mali.

Vel ſi optime loquendum eſt, *in diem.* Cicer. in Philippicis: *Cum ſervitute premeretur & in diem malum creſceret.* Horat. lib. 3. Carmin. Od. 29. Ut quidem interpretatur Hadrianus Cardinalis,

——— *ille potens ſui*
Lætuſque deget, cui licet, in diem
Dixiſſe, Vixi ———

At mihi videtur ſimile illud eſſe illi Petroniano: *Ita ſemper vixi, ut ultimam quamque lucem tanquam non redituram conſumerem.* Vult ſignificare Horatius, illum lætum, id eſt, contentum victurum, qui ita vivit, ut nihil de craſtino ſollicitus ſit. Commentator apte exponit *hodie:* Illudque volunt ſequentia:

——— *cras vel atra*
Nube polum Pater, occupato
Vel ſole puro, &c. ———

CAP.

CAP. XX.

Plinius correctus, & rejecta emendatio Catanæi. Ponere controverſias, quæſtionem, carmen, conſilium, præmium, τιθέναι ἆθλα. *Heſiodi interpres notatus.* Ἆθλος & Ἆθλον *differunt, confundit tamen Hyginus.* Ἀγῶνες ςεφανῖται & φυλλῖναι. *Vegetius correctus:* gradus & articuli, *& Numeri in bello aliiſque rebus. Quintilianus explicatus*, Tentare forum; Δεῖγμα *ſpecimen, & locus ubi oſtenditur*; indiculum.

PErductis ad finem fere his obſervationibus hoc ultimo capite varios Auctores tractabimus, rem oratoriam, militarem, & annonariam miſcentes: ac primus quidem ad partes vocandus Plinius, qui lib. 2. Epiſt. 3. loquens de Iſæo Oratore inter cætera ait. *Poſcit controverſias plures, electionem auditoribus permittit, ſæpe etiam partes.* Mos videtur Oratoribus ſeu declamatoribus fuiſſe, aut ſaltem huic Iſæo, ut argumenta multarum controverſiarum proponerent, & auditoribus liberam eligendi poteſtatem relinquerent, quam recitari vellent: Id hoc loco dicit Plinius, ſi legatur *ponit controverſias*, quod ex parte vidit Catanæus qui *proponit* emendabat; nulla cauſa. Nam elegantiſſima hæc eſt loquendi ratio, ſic *ponere quæſtionem* apud Phœdrum. Fab. 63.

Nec

Nec quæſtionis poſitæ cauſam intelligit.

Et *ponere carmen* apud Hygin. Fab. 67. *Si carmen quod poſuiſſet, aliquis interpretatus eſſet.* Hinc explicandus elegans Petronii locus: *Poſtero die cum poneremus conſilium, cui nos regioni crederemus*, id eſt, cum quæſtionem & conſilium haberemus in qua potiſſimum regione tuti eſſe poſſemus: Alio paulum ſenſu phraſis eadem occurrit apud Plin. lib. 2. Epiſt. 22. *Vitæ mortiſque conſilium ſuſcipere vel ponere ingentis eſt animi*, ubi non de deliberante, ſed de eo qui certus eſt, uſurpatur. Eadem ratione *ponere præmia* dixerunt. Virg. v. Æneid. 486.

Protinus Æneas celeri certare ſagitta
Invitat, qui forte velint & præmia ponit.

Phœdrus Fab. 14.

Hoc bibere juſſit ipſum poſito præmio.

Ita Græci, Heſiodus in Oper. v. 654.

——— τὰ δὲ προπεφραδμένα πολλὰ
Ἆθλ' ἔθεσαν παῖδες ———

Quæ non intellexit interpres: Nam προπεφραδμένα non ſunt *prædeliberata* ſed quæ per præconem more ſolenni proclamata ſunt, & Scholiaſtes recte explicat προκεκηρυγμένα, ut etiam obſervavit eruditiſſimus Grævius, præterea Ἆθλα non ſunt *certamina* ſed *præmia*, quæ victores ex lege capere deberent. Ammon. de Differ. Vocum. Ἆθλος καὶ Ἆθλον διαφέρει. Ἀρσενικῶς μὲν τὸν ἀγῶνα, οὐδετέρως δὲ ἔπαθλον. Totus igitur locus vertendus: *Proclamata vero*

præ-

præmia poſuerunt. Pro quo poſteriores προκηρυκτὰ dixerunt. Gloſſæ veteres Labbæi: Προκηρυκτὰ ἐπικεκηρυγμένα, & quæ ſequuntur, quas Gloſſas ex MS. auctas & correctas variis in locis à Scaligero beneficio Mentelii Mēdici Pariſienſis χαριεστάτου poſſideo. Nam in ludis funebribus præmia ponebantur. Hyg. Fabul. 91. *Is cum* (loquitur de Paride) *ad puberem ætatem perveniſſet, habuit taurum in deliciis: quo cum Satellites miſſi à Priamo ut taurum adducerent veniſſent, qui in athlo funebri, quod ei fiebat, poneretur, cœperunt Paridis taurum abducere.* Ubi obſervandum *Athlon* neutro genere de certamine poni, quod fieri non ſolere notat Ammonius. Apollon. Rhod. lib. 3. Argon. v. 1273.

— ὁππότ' ἄεθλα καταφθιμένοιο ἄνακτος,
Κηδεμόνες πεζοῖσι καὶ ἱππήεσσι τίθενται.

Qualia certamina θεματικὰ dicuntur, à quibus ἀγῶνες στεφανῖται & φυλλῖναι diſtinguuntur, ut videre licet apud Pollucem lib. 3. cap. 30. Onomaſtici. Nam antiquiſſimi ſine poſitis præmiis certabant, & φυλλοβολία apud eos erat in pretio, ut docet Eratoſthenes apud Scholaſt. Euripidis ad Hecub. v. 573, quem locum emendat Caſaubonus ad Suetonii Neronem, quod tamen diverſum fuit in Pythico agone, qui primo χρηματίτης vel ἀργυρίτης, deinde στεφανίτης factus eſt, ut docent P. Faber. lib. 2. cap. 24. Agoniſtici, & Scaliger adv. Robert. Titium. Et hæc quidem occaſione loci Pliniani. Nunc ad Ve-

 getium

getium transgredior, verba ejus ſunt in Præfat. l. 1. *De delectu igitur atque exercitatione tironum per quoſdam gradus & titulos, antequam conſuetudinem conamur oſtendere.* Sed emenda fidenter, *gradus & articulos:* quæ duo ita plane conjungit Auguſtus in quadam ad Liviam Epiſtola apud Suet. in Claud. cap. 4. *Nam ſi eſt ἄρτιος, ut ita dicam, ὁλόκληρος, quid eſt quod dubitemus quin per eoſdem articulos & gradus producendus ſit, per quos frater ejus productus eſt.* i. ut à minoribus magiſtratibus incipiens ſummos tandem capeſſat. Pro eo in alia re Auctor Dialogi Corr. Eloq. *Numeros* dicit: cap. 32. *Ac ſtatim ita laude proſequitur, ut legitime ſtuduiſſe, ut per omnes Eloquentiæ numeros iſſe, ut denique Oratorem eſſe fateatur.* Ultimus erit Quintilianus, apud quem introducuntur cives, qui miſerant ad frumenta legatum, præſtituta die intra quam redire deberet. Profectus ille emit & ad aliam civitatem tempeſtate delatus duplo vendidit, duplum frumenti modum comparavit. Illo ceſſante corporibus ſuorum paſti ſunt. Reverſum ad præſtitutum diem Reip. læſæ accuſant. Ait igitur Orat. 12. extrema; *Sed & temporum iſta momentis aut pretioſa fiunt aut vilia. Vis ſcire quantum inter hoc tempus & illud ſuperſit? Tenta igitur forum tuum, totum hoc non potes dimidio vendere. Tenta*, inquit, *forum tuum*, id eſt, inquire de pretio, propone res tuas, exhibe frumentum tuum, ut videas quanti vendere poſſis, hoc enim ſignificat

tentare

tentare forum, quod fiebat exhibito ſpecimine rerum venalium, quod noſtra lingua **een ſtaeltje** vocamus, Latini *indiculum*. Gloſſæ: *indiculum*, δειγμάτιον Græcis eſt δεῖγμα, quo nomine Athenis etiam forum appellatum, ubi ejuſmodi ſpecimina proponebantur, Moſchopulus: Δεῖγμα, κυρίως τὸ δεικνύμενον ἀφ' ἑκάστου τῶν πωλουμένων. καὶ ὁ τόπος εἰς ὃν τὰ δείγματα ἐκομίζετο. ἐπὶ γὰρ τὸ ἔθος Ἀττικὸν, τὸ σημαίνειν ἀπὸ τῶν ἐν τῷ τόπῳ τοὺς τόπους αὐτούς. Quod apud Atticos obtinuiſſe, ut ſcilicet eadem voce & merces & loca ubi illæ venduntur, paucis exemplis monſtrabo. Ἀγορὰ ſignificat etiam merces, non quidem omnes, ſed quæ ad victum neceſſariæ ſunt, unde ἀγορὰν παρέχειν dicuntur qui omnia quorum vita indiget ad victum ſuppeditant notante Salmaſio: συμπόσιον eſt locus ubi homines ſimul potant. Lucianus in Deor. Dial. ubi Mercurius ſe queritur infeliciſſimum, quia cœnaculum verrere cogebatur. Ἕωθεν μὲν γὰρ ἐξαναστάντα σαίρειν τὸ συμπόσιον δεῖ. *Schola* eſt diſputatio quæ per otium agitatur à differentibus de re quapiam ad litterarum ſtudium pertinente, hinc & locus *Schola* vocatur.

Δόξα τῷ Θεῷ.

INDEX

IN

OBSERVATIONUM LIBROS.

GISBERTI CUPERI.

A.

Ἀγείρειν. 3, 4.
Ἀγείρειν τῷ θεῷ, 3, 4.
Ἀγύρται διὰ ϑρ-ονῶν, 3, 4.
Activa pro paſſivis, 2, 20.
Ἄδειν ἐμβατήρια, 3, 13.
Admirari, 2, 1.
Adnotare, 1, 15.
Ætas vieta, 2, 20.
Ætates fœminarum à Deabus nominatæ, 2, 20.
Ἄθλος & Ἄθλον differunt, 3, 20.
Αἷμα δρεπᾶν, περιττεῖν, ἐργάζεσθαι, θέσθαι, 3, 19.
Ἀληθὲς, 1, 19.
Ἄμοργος, 3, 10.
Ἀναβάλλειν, 3, 8.
Anaxagoras Νοῦς, 3, 13.
Ἀνάβασις Νείλου, 3, 5.
Ἄιθος, 3, 8.
Ἀνθηχέειν παίγνια, 1, 1.
Anima, 1, 20.
Anima ſepulchro condita, 1, 20.
Ἀπόβασις, 3, 3.
Ἀπόλεμος δίνη. 3. 17.
Ἀποσημειοῦν, 1, 15.
Ἀπότομοι ἰατροὶ, 2, 17.
Arma, 1, 7.
Ἁρμόζειν πᾶσι θεοῖς, 1, 1.
Ars, 1. 11.
Artigraphus, 1, 11.
Aſtroſus. 2. 17.

B.

B*Acchus* χαριτοδότης, 2, 3.
Βάκχοι, 3, 10.
Βάξις. 3, 7.
Beati homines, 3, 1.
Bellum, 3, 17.
Bene mori, 1, 8.
Bibere in Nilo, auro, argento, 2, 8.
Βίος, 1, 17.
Bœotia Neptuno ſacra, 3. 16.
Bos Luca, 1, 18.

Γ.

ΓΆμους θύειν, 3, 13.
Γαμήλια θύειν, 3, 13.
Γαστὴρ, 3, 10.
Γαστρόχειρες, 1, 17.
Geminus Cupido, 2, 1.
Gerræ, 1, 18.
Gradus & articuli, 3, 20.
Gracile marmor, 1, 5.
Gracilis Horatius, 1, 5.
Graminis herba, 2, 10.
Grandia verba, 1, 2.
Gravis tumulus, 1, 8.
Γράφαι ἀπὸ κηρίδος, 2, 12.
Γυμνῆτες. 1, 7.
Γυμνῆτες, ἱπποι, 1, 7.
Γυμνὲς, 1. 7.

D.

D*Æmones*, 3, 16.
Δοῦς Ἀθλωτῶν, 2, 3.
Dare latus, 2, 2.

Degere

Degere alicui, 2, 20.
Δέιγμα, 3, 20.
Δειvοὶ κτ̃ κοιλίαν, 3, 10.
Δείπνειν ὀπίνιμα, 3, 13.
Delicatum navigium, 1, 3.
Delicati horti, 1, 3.
Dementia, 1. 19.
Δεσμοὶ ἐν τάςεσι, 2, 9.
Διδάσκαλος *in cantu*, 1, 1.
Dii Ἀῤῥενοθήλεις, 2, 1.
Dii invocabantur ad convivia, 2, 3.
Dii inutiles, 1. 14.
Dii Locales, Municipes, Topici, Tutelares, 3, 16.
Dii mendicare dicuntur & ἐπαιτεῖν, 3, 4.
Diis honorem dico, 2, 3.
Diis invidiam facere, 2, 4.
Δικαλλίτης, 2, 18.
Dictio, 3, 7.
Domus, 3, 18.
Δρέσειν τι, 1, 9
Εἴ τι μὴ λυπεῖ, 3, 15.
Ἐνναέται, 3, 16.
Ἐντάφια, 2, 9.
Ἐντόπιοι θεοί, 3, 16.
Ἔντομα σφάγια, 1, 12.
Ἐξαντλόω, 3, 2.
Ἑορτὴ ὄψεως, 2, 3.
Ἐπιβόμια μῆλα, 1, 12.
Ἐπίκουροι, 2, 8.
Error nominis, 1, 15.
Ἕρπειν *pro* βαδίζειν, 1, 2.
Ἑςιᾶν θεὲς, 2, 3.
Ἐσχάρα, 1, 12.
Exhalationibus Dii alebantur, 2, 3.
Excutere Deum pectore, 3, 10.
Exuere hominem, 1, 8.
Εὐπάρυφος ἀνὴρ, 2, 12.
Ζῶ καθ᾽ ἡμέραν, 3, 19.

F.

FAcere quid, 1, 9.
Facere corpus, 1. 5.
Factum velle alicui, 1, 9.
Feralia amicula, 2, 9.
Fingere brachia, 1, 12.
Flammeus color, 3, 14.
Flamearii, 3, 14.
Flos de purpura, 3, 8.
Fluctibus perire grave erat, 1, 8.
F pro ph. 3, 8.
Foſſæ circa aras, 1, 12.
Frigium 3, 8.
Furias recipere, concipere, 3, 12.
Furia ſpes, 3, 13.

H.

HOmerus ad convivia inſtar Dei vocatus, 2, 3.
Honeſtus, 1, 11.
Honor, 1, 11.
Honorem Diis habere, 2, 3.
Hyems anni, 2, 9.
Θάπτειν πυρί, 3, 20.
Θατέρα λεπτοί, 2, 2.
Θηβαϊκὰ παρὰ δόξα, 1, 4.
Θύειν γαμήλια, 3, 13.

I.

Ἰδιόςολοι, 3, 16.
Ἱλαρςτραγῳδία, 1, 10.
Ilia tellus, 2, 11.
Ἱματισμὸς ἁπλοῦς, 2, 12.
Imponere, 3, 3.
In Diem, 3, 19.
In flammam jugulare pecudes, 1, 12.
Inſanire, 1, 19.
Inſcribere ades mercede, 1, 17.
Inſervare, 2, 9.
Inſtrictus, 2, 9.
Ἰσχὸς *character*, 1, 5.
Itaque Hercules, 1, 2.
Juno Curitis, Soſpita, 2, 2.
Jupiter Olympius variis locis, 3, 10.
Jupiter rubens, 1, 2.
Jurare per ſua infortunia, 3, 6.

K.

CAdavera linteis involvendi mos, 2, 9.
Κακὸς θάνατος, 1, 8.

Z 3 *Calien-*

Caliendrum, 3, 14.
Calloſi ſenes, 2, 14.
Canes ἐνταϛιαϛαὶ, 1, 7.
Capulus funis, 2, 9.
Capulum feretrum, 2, 9.
Καταστυδιάσματα, 2, 19.
Καταστυδιαϛαὶ εἰκόνες, 2, 19.
Κάτοχ@ ἐκ θεῶ, 3, 12.
Κάτοχ@ θυμῷ, 3, 12.
Καῦσ@ πυρετῶ, 2, 15.
Circumductio reorum, 1, 12.
Clamare in herbas, 2, 14.
Claudere membra, 1, 12.
Colligere ſeſe in arma, 1, 12.
Comœdiarum genera, 1, 10.
Cælia Concordia, 3, 13.
Comœdo-tragœdia, 1, 10.
Condere oppidum, inſulam, 3, 9.
Conſcendere, 3, 3.
Convaleſcere, 2. 17.
Κορωνιϛαὶ, 3, 4.
Corpus, 1, 5.
Κτίζειν νῆσον, 3, 9.
Cupidinis Genealogia, 2, 1.

L.

Laconica brevitatis exempla, 3, 11.
Lacrumoſus fumus, 3, 12.
Λῆψις, 2, 15.
Lineamenta cauſa, 2, 15.
Λινόσημ@, 2, 15.

M.

Μανδελοι, 3, 1.
Macula, 2, 12.
Mala manus, 2, 17.
Mala ſidera, 2, 17.
Mala mens, 2, 17.
Male mori, 1, 8.
Ματρόξεν@, 1, 16.
Μέγας δαίμων, 3, 16.
Medioxumi, 3, 16.
Melos carminis, 2, 10.
Mens Dea, 2, 17.
Meretrices triplices, 1, 16.
Merces ædium nunquam in tabulis, 1, 17.
Merces foſſorum & aliarum operarum Athenis, 2, 18.
Monumenta circa Thebas, 3, 17.
Multiplex linum, 2, 12.
Multiplex veſtis, 2, 12.
Muri Thebar. Marti Sacri, 3, 16.

N.

Nænia, 1, 1.
Navigia ſacra, 2, 17.
Neptuno Thebæ ſacra, 3, 16.
Nimbus Deorum, Phœnicis, 2, 16.
Niobes liberi, 3, 17.
Νόθοι, 1, 16.
Nudus, 1, 7.
Nudum pectus, 1, 7.

O.

Offundere memoriam, 2, 6.
Oleum additum in vulnera mortuorum, 2, 9.
Ὀμπνία Ceres, 2, 4.
Ὀμφάλιον, 2, 4.
Ὅπλα, 1, 7.
Ὁπλῖται, 1, 7.
Ὁπλῖται ἱππεῖς, 1, 7.
Operta exſequia, 2, 9.
Ὀρᾶν καὶ θαυμάζειν, 2, 1.

P.

Παῖαν *de carmine lugubri*, 1, 1.
Παράδοξοι, 1, 4.
Πανήγυρις ὀφθαλμῶν, 3, 3.
Pallium colligere, 2, 5.
Παραμπολεῖν γάμους, 1, 20.
Πέζαι, 1, 16.
Πεζίτης, 1, 6.
Peloponneſus ἀκρόπολις *Græciæ*, 2, 11.
Πίνειν ἐν κέρατι, 2, 8.
Πίνειν κέρατι, 2, 8.
Plebs ſuperum, 3, 16.
Ποικιλία, 2, 12.
Πολύεχοι, 3, 16.
Πομπή, 1, 12.
Πομπεύειν, 1, 12.
Ponere ſigna novis præceptis, 1, 15.

Pondera, 1, 2.
Πράττειν νικητήρια, 3, 13.
Præſentia, pro futuris, 1, 19.
Περιβολὴ *pugilis*, 1, 12.
Περιβάλλειν ὀππία, 1, 12.
Projicere ſcutum, 1, 12.
Προσῳδός, 1, 1.
Proturbare, 2, 6.
Pudica oratio, 1, 2.
Πυραμίδες, 3, 8.

R.

R *Everti in patrem*, 1, 7.
Ῥῆσις, 1, 16.
Rhintonica, 1, 10.
Rhinton inventor ἱλαροτραγῳδίας, 1, 10.

S.

S *Acrificandi ratio Diis Superis & inferis*, 1, 12.
Salubriter emere, 1, 19.
Semidei, 3, 16.
Sentire Deam iratam morte, 3, 12.
Sepelire igne, 1, 7.
Sepulchrum, 1, 7.
Simplex veneratio, 2, 1.
Σκιαγράφοντες, 2, 14.
Scriptio, 2, 6.
Σόφισμα, 2, 2.
Spurii, 1, 16.
Statuæ Deorum in conviviis, 2, 3.
Stola delicata, 1, 3.
Στολαί, 2, 7.
Στολὴ κροκωτὰ, 1, 3.
Στολὴ τρυφᾶς, 1, 3.
Subpalamedes, 2, 4.

T.

T *Abernariæ*, 1, 10.
Ταινίαι, 1, 6.
Ταραντινίδιον, 3, 14.
Ταύτης, 3, 15.
Τεθηλὸς, 3, 15.
Tentare forum, 3, 20.
Τέχνη, 1, 11.
Τεχνογράφος, 1, 11.
Τεχνικοὶ τῶν Γραμματικῶν, 1, 11.
Τετράγωνος ἀνὴρ, 1, 11.
Τιθέναι ἆθλα, 3, 20.
Torquere collum, 1, 12.
Tragi-comœdia, 1, 10.
Τραχηλίζειν, 1, 12.
Trita manus, 2, 14.
Tumida vita, 2, 4.
Tumor rerum, 2, 4.

V.

U *Na ira*, 2, 10.
Ὑδρευόμενος παῖς, 2, 1.
Ὑποσημεῖον, 1, 15.
Ut aliquando omittitur, 1, 19.
Venter, 3, 10.
Venus cœleſtis, 2, 1. *Epidetia*, 2, 2.
Οὐρανία, 2, 1. *Vulgaria*, 2, 1.
Genetrix, 2, 2.
Vernula, 2, 2.
Vers burleſques, 1, 10.
Verum? 1, 19.
Veſtitus lenonum, ſervorum, meretricum, 3, 8.
Vitellius Concordia, 3, 13.
Vulcanalia, 2, 5.

Φ.

Φάλη, 3, 8.
Φᾶρος, 2, 9.
Φασκίαι, 1, 6.
Φασκώλιον, 1, 11.
Φλαμβουλάριοι, 3, 14.
Φλέειν, 3, 2.
Φλυακογραφία, 1, 10.
Φλύαξ, 1, 10.
Φλυακογράφος, 1, 10.

X.

X Άλις, 1, 11.
Χαμαιτύπαι, 1, 12.
Χειρῶν ἀνάτασις, 1, 12.
Χιτώνιοι, 1, 12.

Ψ.

Ψυχὴ Ἑλένης, 1, 20.
Ψυχαγώγιον, 2, 14.

A D.

ADDENDA.

Pag. 7. lin. x i v. Niſi potius dicamus aliud hoc opus Pindari fuiſſe, in quo Deorum & Heroum, aliorumque virorum excellentium laudes digeſſerit; quod ſane veriſimilius videtur. Hoſque Pæanas etiam laudat Scholiaſtes Apoll. ad lib. 1. Argon. Καὶ ἀλκυονίδες ἡμέραι καλοῦνται, ἑπτὰ πρὸ τοῦ τόκου, καὶ ἑπτὰ μετὰ τὸν τόκον· εἴληφε δὲ τὰ περὶ τῶν ἀλκυόνων παρὰ Πινδάρῳ ἐκ Παιάνων. Plutarchus in libro de Muſica; Πίνδαρος ἐν Παιᾶσιν ἐπὶ τοῖς Νιόβης γάμοις φησὶ Λύδιον ἁρμονίαν πρῶτον διδαχθῆναι. Occurritque eorum etiam mentio apud Athenæum libro v i.

CORRIGENDA.

Pag. 4. *lin.* 5. *l.* *Apte pers. Sileni.* *lin.* 23. *l.* canat. *p.* 7. *lin.* 9. *l.* pertinent. *p*, 10. *lin.* 18. *magnas ſententias.* *l.* delenda ſunt. *p.* 13. *lin.* 10. *l.* Heroum. *p.* 15. *lin.* 3. *l.* hæcine. *p.* 29. *lin.* 12. *l.* brevi. *p.* 39. *lin.* 12. *l.* alia. *lin.* 22. *l.* polyniceni. *p.* 42. *lin.* 13. *l.* *pilæ.* *p.* 45. *lin.* 8. *l.* probant. *p.* 57. *lin.* 8. *l.* quem. *p.* 58. *lin.* 19. *l.* *optavi.* *p.* 64. *lin.* 22. Hoc loco & in toto capite x. legendum eſt *Tragico-comœdia.* *p.* 69. *lin.* 20. *l.* τραγικὸν. *p.* 70. *lin.* 6. *l.* omnium. *p.* 78. *lin.* 15. *l.* aſellus. *p.* 91. *lin.* 24. *l.* κορακίαν. *p.* 100. *lin.* 5. *l.* jubent. *p.* 101. *lin.* 12. *l.* θρίαμβον. *p.* 108. *lin.* 7. *l.* fine libelli de illuſtr. Grammat. *p.* 117. *lin.* 3. *l.* φορμικταί. *lin.* 23. *l.* Σκόπιοι. *p.* 121. *lin.* 17. *l.* προγράφειν. *p.* 134. *lin.* 13. mutatum. Adde, *poteſt.* *p.* 151. *lin.* 7. Secundum Adde, Simonidem ceterum hoc caput miſere incuria operarum divulſum eſt: Nam illa verba *Nec tamen aliæ auctori* (l. aliæ auctoritates) uſque ad *Quem ad amorem* ſubjicienda ſunt loco Ciceronis, qui eſt petitus ex lib. 3. de Natura Deorum, deinde ſubjiciendum: Atque hinc ortus *Geminus Cupido*, cujus mentio apud Senecam Hippolito. *p.* 154. *lin.* 18. *l.* Scaligero: Apulejo in Apologia eſt *vulgaria.* *p.* 163. *lin.* 1. *l.* immutatum. *p.* 166. *lin.* 9. *l.* Deus. *lin.* 29. dele libantur: *p.* 198. *lin.* 2. dele te. *p.* 208. *lin.* 15. *l.* ἀντίφθογγοι. *p.* 232. *lin.* 5. *l.* ἐγὼ γὰρ οὐκ λέξω. *p.* 236. *lin.* 26. *l.* in leg. 14. *p.* 237. *lin.* 25. Tædio, Ἀθύμως: hæc omnia uſque ad finem capitis delenda ſunt, cum legantur lib. 1. cap. 18. *p.* 238. *lin.* 4. *l.* *Legitur in Gloſſis.* Ab his verbis capitis initium eſſe debet,

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EM. ROMA [stamp, partly illegible]